





1979  
12/16  
8  
DISSERTATIONE INAUGVRALI,  
DIFFERENTIAS IVRIS  
ROMANI ET GERMANICI  
IN

**FRVCTVVM**  
**ATTRIBVTIONE,**  
INPRIMIS  
**VTTELAE FRVCTVARIAE,**

Von dem  
**Unterschied der Römischen und Teut-**  
**schen Rechte in der Fruchtneissung, beson-**  
**ders bey Vormundschaften;**

MODERATORE CONFLICTVS,  
**D. IOANNE PETRO Sudewig, ICto,**  
REGI IN CVRIA IVDICIOQVE HERALDICO EOQVE SVPREMO A CONSILIIS,  
IVRIVM AC HISTORIVM PROFESSORE ATQVE MAGDEBVRGICI TABV-  
LARIJ PRAEFECTO, ORDINIS ICTORVM H. T. DECANO,

**PRO LICENTIA,**  
SVPREMOS IN VTROQVE IVRE HONORES CAPESSENDI,  
RESPONDEBIT

**IOANNES ADAMVS BRESCIVS,**

LVCCA-LVSAT.

DIE XXXI. DECEMB. MDCCXII. *Rephus.*

H. L. Q. S.

HALAE VENERORVM,  
LITTERIS IO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYP. 1746. 10

10

FRANCISCVS  
ATTORIVS

THEATRALIS

REPERTORIUM

D. JOHANNES

PRO LICENTIA

1672

A



fru  
liqu  
Eu  
fen  
pat  
go  
reg  
qu  
tor  
&u  
dif



Differentiae  
iuris Romani & Germanici  
IN  
**FRUCTVVM**  
**ATTRIBVTIONE** (aa)  
**TVTELAE VSVFRVCTVARIAE.**

DIFFERENTIA I.  
*Num tutori concedendus sit ususfructus bonorum pupilli?*



**I**mproba est Romano iure TUTE-  
LA QVAESTVOSA. Onus  
illius subeundum gratis, nul-  
la lucri proposita spe (bb).  
Contra, moribus Germano-  
rum adsignatus tutori usus-  
fructus bonorum pupilli, isque uel totus uel a-  
liqua illius pars. Erat nobis hic plerarumque  
Europae gentium magna & incredibilis con-  
sensus (cc). Quae lumen adfert uetustioribus  
patriae institutis, ubi illa uel temporum aeru-  
go oblitterauit uel expunxit auctoritas iuris pe-  
regrini (dd). Scio, migrauimus mores (xx),  
quorum reliquiae supersunt in Germanici tu-  
toris salario (ee). Quam bene aut male id fa-  
ctum sit, in margine notamus (ff) in ipsoque  
differemus conflictu. Prodest tamen haec ue-  
ritas

ritas etiam nunc curiis nostris: ne tutorum familiaria porro inter res odio dignas referant aestimentque illa lance iuris derogatorii (gg). In quo quidem errore si non omnes, plures certe patriae Icti hodieque uersantur (hh).

RATIO IN  
STITVTI.

(aa) Principio institueram, periculum facere in a*ug*uralis conflictus in hoc tantum argumento: ut in *praerogatiuam* inquirerem, quam certa anni tempora habent in *fructuum diiudicatione*. Varia hanc in rem congesseram legum, sententiarum & statutorum genera, quae satis iam esse uidebantur ad *inauguralis differationis* adparatum. Sed cum a calce operis proxime abessem, opusculum de *iure sementis* in manus meas uenit, disputatum a Ioan. Petro THIELIO, praefide uiro illustri a COCCII. Perlegi illud neque sine animi quodam cruciatio deprehendi, actum me fere egisse, cum pleraque mei instituti ab auctore illo iam essent occupata. Adii consuluique *promotorem meum*, ut, quid consilii capiendum sit, ab illo expectarem. Expendit ipse rerum difficultatumque argumenta meque hoc iudicio dimisit: *fieri non posse, ut, sententiarum doctorumque tricis irrevitum rhema in firmo ralo poneretur, nisi Romano hic iura a patriae institutis inuicem curata separarentur*. Addidit, ultima certe longe hic aequiora esse, quam prima. Latii enim Ictos fructus omni tempore pro *parte fundi* habuisse: contra in patriae institutis *industriae, sementis, impensarum, temporis* ipsius, quo alter fructus spe iam praeceperit, rationes haberi. Idemque non in fructibus tantum industrialibus & naturalibus: sed etiam in ciuilibus esse tenendum. Ariadnaeum hoc filum ambabus manibus prehendi animumque in pristino labore iterum defixi uiamque secutus sum, indice digito mihi ostensam. Voluit autem d. praefes,

praefes, ut lucubratiunculam meam ordini adligarem *differentiarum iuris Romani & Germanici* eamque cum *argumento tutelari*, quod continuare ad finemque perducere instituit, non minus conducerem. Parui consilio idque eo promptius, quoniam dici non potest quantum mihi lumen dederint, iurium supra indicatorum differentiae. Vnde facile mihi fuit, dissentientium opinionum dare causas, in decidendo rationibus uti planis & stabilibus neque in maxime ambiguis, ut alii, haerere ac titubare. Ante ergo de generibus tutelarum, ubi opus est iudicio de attribuendis fructibus, agemus: quam ad ipsam attributionem eorundem deueniamus. Deus adsit dicendis.

(bb) Non solum leges hic clarae sunt: uerum etiam non ROMANAE obscurae rationes. Principio TRYPHONINVS, *L. 38. qui sine LL. TVTE- usuris ff. de negot. gest. de tutoribus* constitutum esse, dicit, LAS nesci- quod cum gratuitam, certe integram & abstinentem omni lucro unt fructua- praestare debeant fidem. Et SCAEVOLA *l. 58. qui negotiatio- nem ff. de administr. rur.* uniuersim inter iuris regulas hanc refert: quod lucrum facere ex tutela nemo debeat. Nisi pacto eidem adsignatum fuerit salarium *l. 33. a tutoribus ff. de administr. & peric. rur.* quae exceptio regulam non concutit, sed firmat. Deinde etiam opus non fuisset, inter privilegia & beneficia referre causam, qua quis a tutela potuit se excusare: cum fieri nequeat, ut tutelam quis horreat, quae illi pupillarium bonorum adfert usumfructum. Taceo, quod Romani tutelae fundamentum esse uoluerint uel solam pietatem uel reipublicae iussum uel spem successionis futurae; non locationem operarum, mercede compensandam. Ut alia munera, sic & tutelae apud Romam abfuerit a quaestu & salario. *Mod. PISTOR. conf. BERLICH p. 1. dec. 134. BALTHASAR. tit. 5. res. 12.*

(cc) Germanicarum gentium haec fere ubiuis instituta TVTELA fuere, ut tutoribus bonorum pupilli uel totum usumfructum FRUCTVA- darent

RIA PLE- darent uel eius aliquam partem. In LL. WISIGOTHOR. *lib. 4.*  
 RAEQVE *tit. 3. §. 3.* aperte dicitur: quod tutori, de fructibus bonorum  
 EVROPÆE pupilli partem decimam præsumendi, negandum non sit. Qui-  
 SOLENNIS. bus institutis hodieque posteri Gothorum utuntur Hispani.  
 1) LL. Gotho- Apud quos cuiusuis generis tutoribus decima adsignatur pars  
 rum, ususfructus de bonis pupilli, testibus luculentis & grauibus  
 2) Hispano- *Ant. CORDUBA ad l. si quis §. si mater. n. 37. §. de lib. agnosc.*  
 rum. *GARCIA de meliorat. c. 20. n. 13. ESCOBAR. de variocir. c. 27 & 28.*  
 3) Lusitanor. *GVTIEREZ part. 3. c. 2. n. 17.* imo lege TAVRINA expressa *l. 3.*  
*tit. 7. leg. 2.* Lusitani, *lib. 1. tit. 65 §. 56.* constitutionum, usumfru-  
 ctum tutoris contraxerunt ad partem uicesimam, quod testatur  
 MENOCHIVS *conf. 228. n. 77. MOLINA tom. 1. disp. 3. n. 4. Rev.*  
 CHOPPINVS *de morib. Paris. lib. 2. tit. 7. n. 19. CHRISTIANA EVS*  
 4) Franco- attulerunt in Galliam. Cum ibi hodieque supersint reliquiae  
 Gallorum. pristini iuris, quo tutores capiunt usumfructum omnem bono-  
 rum pupilli. Ita statutum BITURICENSE *tit. 1. §. 11 p. 22.* item,  
 Bituricensi- *que le baillistre de son droit durant le temps de son bail, fait*  
 um. *le fruiets siens des heritaiges du mineur, quid a en bail. Et*  
*oussi tous les meubles dudit mineur luy appartiennent & les fait*  
*siens sans ce, qu'il soit tenu en vendre compte.* Durum certe in-  
 stitutum hodie id poterat uideri. Quoniam maior nunc esse  
 solet mobillium rerum adparatus, quam olim tulit curta veter-  
 rum supellex. Nicolaus BOERIVS in *comment. ad hanc legem*  
*p. 23.* perhibet quidem, eandem solummodo in usu esse inter  
 familias nobiles: adeo, ut nobilis pupilli tutor ignobilis siue  
 ex ordine ciuium hoc tutelae commodo non soleat gaudere:  
 sed ipse non aliam nobis rationem suggerit, quam autoritatem  
 iuris Romani. Quod haud dubie in hominibus plebeis uetu-  
 stiora supressit expunxitque. Ipsum enim statutum nullum  
 habet eo in iure discrimen. Intelligitur hoc ex consuetudini-  
 bus



bus AVRELIAE, ubi *tit. 1. §. 29.* iuris eadem proditur ratio, his Aurellanen-  
 quidem verbis: *Qui legitimam tutelam susceperit, quae custodia sium.*  
*nobilis* (non gentis, sed commodi tutelaris ergo) *adpellatur, mo-*  
*bilia bona fundorumque fructus sibi acquirunt usque in id tempus,*  
*quo minores legitimam aetatis metam exceperint* (maſculi XX.  
 foemina XIV. annos). *Eiusque rei causa ipsos alere Et educare*  
*debenz eisque omnia necessaria suppeditare.* Neque haec nobi-  
 lium tantum iura sunt: uerum etiam hominum ex plebe & in-  
 fima forte. Quod declarat *Pyrrhus ANGLEBERMEVS ad con-*  
*suet. Aurel. tit. 1. §. 29. p. 19.* Ab his aliquantum differunt AN- Andegauen-  
 DEGAVENSIVM consuetudines. Fructuariam enim tutelam sium.  
 dant tantum *patri, matri ac domino*, id quod plene exposuit *Ren.*  
*CHOPPINVS lib. 2. de feud. Andegau. tit. 2. p. 57. 58. seqq.* Idem Burgundo-  
 fere de Burgundiae moribus cum statuta produnt, tum eorum rum.  
 interpres *CHASSANAEVVS rub. 6. §. 4. p. 852. 853.* Praeterea au- Parisinorum.  
 tem *Parisni auum & auiam* quoque ad iura uocant tutelae fru-  
 ctuariae, quod ex instituto tractat *Eguinar. BARO ad lib. 1. Instit.*  
*tit. 20.* ubi in hac re inuicem confert statuta *Parisinorum, Aruer-*  
*niae, Bituricensium, Andegauensium, Meldensium*, quibus omni-  
 bus in usu esse dicit fructuariam tutelam. De Gallis uniuersim loquitur *Fr. BALDVINVS ad tit. de rus.* cum eoque *MONTA-*  
*NVS cap. 23. n. 23.* *CHOPPINVS lib. 2. de morib. Paris. tit. 7. n. 1. 2.*  
 19. quamuis infra dispiciendum de illo sit, an recte improbet 5) Britanniae  
 hunc morem postuletque eum impietatis. A Gallia transiici-  
 mus in BRITANNIAM. Principio de ANGLIS quidem est te-  
 statissimum, quod ibi tutelam uasalli pupilli habeat *dominus* iure  
 fructuario. Adeo, ut non solum fructus feudi is omnes acci-  
 piat de fundis pupilli usque dum ad legitimam peruenerit aeta-  
 tem, quae in mare esse solent XXI. in foemina XIV. anni: sed  
 etiam ne quidem ideo alere teneatur pupillum, si huic aliunde  
 sit, quo uiuat. Conferri hac de re possunt *GLANVILLA lib. 2.*

- c. 9. & lib. 7. c. 9. Io. COWELLVS lib. 1. instit. tit. 17. 19. 21. 22. Da. praefes de iure ualitudinarii militum emeritor. §. 15. p. 116. 117.
- 6) Scotiae. Eadem tutelaria iura SCOTI habent sequunturque illa etiam nunc. Quod ex instituto descripsit Thom. CRAGIUS lib. 2. de iure Scoz. c. 20. p. 287. & du FRESNE in u. warda. Quamuis autem frustra sint Britanni, quod fructuariae tutelae origines tribuant NORDMANNIS, quasi Wilhelmum conquestorem illa haberet auctorem: hoc tamen certum est, quod ipsi etiam Normanni gratuitas tutelae improbauerint tribuerintque pariter tutori, domino, bonorum pupillarum usum fructum. Verba LL. NORMANN. art. 215. haec sunt: *Le Roy ba la garde & fait les fruits siens de tous les autres fiefs nobles, rotures, rentes & reuenuz tenuz d'autres seigneurs, que luy mediatement ou immediatement.* Eadem quaestuosae tutelae compendia secum Normannos in Siciliam attulisse utramque atque ibidem introduxisse, perhibet Ren. CHOPPINVS lib. 7. de doman. Franc. tit. 7. n. 9. p. 599. De ISTRIAE, Italiae prouincia, memorabilem in hoc argumento locum habes apud Paul. de CASTRO uol. 2. consil. 374. n. 1. 2. quem hic exscribimus: *Praesupposita consuetudine, uigente in Cauodistria: quod tutores super lucrantur fructus quorumcunque bonorum pupilli & in quocunque loco positorum & quoscunque redditus. Solutis tamen debilis & cum onere, ministrandi uictum & uestitum pupillis & quae sequuntur deinceps. Ut egomet firmiter credam, hanc iuris partem Istriae populos Gothis debere, genti Germanicae. Eadem ualidis Augustanae instituta enarrat FABER codicis Sabaudici lib. 5. tit. 26. n. 3. p. 565. his uerbis: Non idem est (de turpi lucro tutoris scripserat de bonis pupilli) si proponas ex Augustanae uallis prouincia plures de bonis pupilli transegisse. Postquam placuit iure consuetudinario totius prouinciae, ut non cogantur rationes reddere, nisi administratae proprietatis: fructus autem omnes suos*
- 7) Normanniae.
- 8) Siciliae.
- 9) Istriae.
- 10) Augustanae.

Jus faciant, quicumque, deductis pupilli impensis, supersunt. Et  
 banc tutorum consuetudinem abrogari, nunquam fuit possibile.

In Suecico hic iure muti sunt eorundem doctores: sed tamen  
 Henric. GIESEBERTVS in peric. statut. II. art. 24. n. 300. 301. sq. ad  
 Suecica & Danica leges prouocat, quibus pariter adproba-  
 tum sit, aliquam fructuum partem de bonis pupilli tutoribus  
 tribui pro operis praestitis tutelaribus. Neque BELGICA sta-  
 tuta ab honorario aliena sunt, tutoribus tribuendo ex parte  
 fructuum bonorum pupilli, quod docent CHRISTINAEVVS ad  
 consuet. Mechlin. tit. 19. art. 11. n. 3. praesertim si pater aut ma-  
 ter tutores ZYPAEVS in notis. iuris Belg. tit. 10. de tut. n. 2. Ve-  
 rum satis exemplorum est, ab extraneis regnis conductorum:  
 nunc ad Germaniae ipsius singularia quondam instituta in tu-  
 telis fructuariis.

- 1) Sueciae
- &
- 2) Daniae.
- 3) Belgii.

(dd) Cum patriae Germanorum, late patenti Europae, IN GERMA-  
 fructuariae tutelae admodum solennes, quod uidimus in nota NIA QUI  
 praecedenti: haud dubie uera GIESEBERTI coniectura, quam FRUCTVA-  
 periculo II. statut. art. 24. n. 306. prodit his quidem uerbis: RIAE TV-  
 Teutonorum nostrorum communia iura tutoribus omnes fructus bo-  
 norum pupilli tribuisse, non dubito. Sed facilius hoc est ad di-  
 cendum, quam ad comprobandum. Primum fecit Gieseber-  
 tus: nos in alterum inquiremus sollicitius. Principio LL. con-  
 geremus, quarum etiam non infima pars laudata est in nota  
 praecedenti, quae hanc scenam non minus possunt instruere.  
 In illis loquatur praecipue SPECVLATOR Saxo idque locis di-  
 versis SACHS. Landr. lib. 1. art. 23. Wo die Söhn binnen ihren  
 iahren seyn, ihr eltester ebenbürtiger Schwertmag nimmt das  
 heergewert alles zu sich und ist der Kinder Vormund daran, bis sie  
 zu ihren iahren kommen. So soll ers ihnen darnach wieder geben  
 und darzu alles ihr gut. Et porro: dem so des Kindes erbe ist,  
 soll sein vormund von iahr zu iahr des Kindes gut berechnen. Wo  
 aber

Saxonicae  
 provinciales.

1) hac de re  
 leges anti-  
 quae.

aber der vormund auch erbe mit ist, so darfer niemand des Kindes gut berechnen. Id uult compiler Saxo: quod extraneus quidem tutor teneatur ad rationes reddendas, non autem proximus consanguineus, quod ei tutela fructuaria. Eadem uult Landr. lib. 2. arr. 58. Arbeitet ein Herr (dominus feudi) oder ein mann (tutor legitimus) seinetwegen (qua tutor pupilli) acker, garten oder baumgarten: so nimmt der Herr (idem de agnato tutore iudicium) die Frucht herab. Lumen enim ex nota praecedenti his legibus accedit, licet uerba earundem aliquantum ambigua esse uideantur. Quapropter omnino calculum datus SCHILTERO, qui exercit. 3 §. 10. ad ff. p. 57. scribit: *Esti tutores extranei etiam Saxonico iure careant usufructu, aliud tamen Saxonibus uidetur saltem circa tutores proximos agnatos.* Sic glossa Germanica lib. 1 Landr. arr. 11. litt. e. der ungezweyete bruder darf seinen brüdern nicht rechnen. Codex iuris Saxonici MSC. du praef. cap. 40. §. 5. rem hanc ita declarat: De vormund fall den Kindern alle iahr berechin und iren erben: ob man icht dor übrig hatt, daz man daz auch in der Kinder nucz wende. Daz man en daz alles widergebe. Nun spricht man, welch vormünder ein Erbe selbir ist; dem bedarf man nicht berechin. Idem, quod supra dictum: extraneus ad rationes teneatur, non legitimus tutor, qui tutela utitur fructuaria. Ne tamen quid dissimulem, codex mscr. id negat additque das doch nicht ist. Wen ab her stürbe und ein ander neher erbe were darzu, wen des der kinder vormund waz. Darum sal man alle iare den kindern berechin und iren fründen. Ist ein vormunde erbe daz, ir stirbet es yn an, her vindet sinen nucz daran. Quicquid sit, siue haec ita intelligas, quod etiam tutor consanguineus ideo ad rationes reddendas teneatur, quia ipsi negetur usufructus siue rationes tantum sortis, non fructuum exactas esse, perhibeas: nobis certe satis est illud, quod noster compiler diuersas sententias

tentias recensuerit, primo eorum, qui proximum consanguineum a rationibus tutelaribus crediderunt immunem: deinde aliorum, qui has etiam ab eodem exigere solent. *Primum* nos ad iura pristina referimus; *alterum* ad recensiora, legibus Romanis infecta. Neque uero nostra refert, quid mutatum sit postea: cum hic uersemur in pristini iuris Saxonici exponendis incunabilis. Manifestior fructuaria tutela in feudis Germanicis. Horum enim usufructus in bonis pupilli uasalli defertur domino tutori, *Sachs. Lehenr. cap. 26. codici msc. dn. praef. Feudales. cap. XXIX.* De here is ymber der kinder vormunde in deme gude, dat it kind von eme heuet. De wile he hat aneuvelle unuerlegghen heuet (falso codex Schilteri und verlegen). Ende scal dat ghelt des gudes nemen. Wenn e it kind to sinen iaren keme. Id est, *dominus pupilli uasalli tutor est in feudo, quod ab eodem habet pupillus. Quamdiu non facta est inuestiturae renouatio. Feudi reditus ad illum pertinent usque ad pupilli legitimam aetatem.* SUEVICVM ius clientelare casus inuicem seiungit. *Quod si LL. Sueuicae.* enim pupillo uasallo agnatus sit, qui & ipse sit cliens aut habilis ad praestandum seruitia, tum is tutelam suscipit, cum eaque bonorum feudalium nanciscitur usumfructum: sin minus, in domini est arbitratu; num uel ipse tutela defungi feudoque uti frui uelit uel utrumque alii deferre. Vsque dum pupillus ad legitimam peruenerit aetatem. Verba habentur *cap. 55. iuris SUEV. f. 1. p. 68. edit. Sebile.* Stirbt ein mann und läßt kinder hinter ihme, die unter ihren iahren sind, der Herr leihet einem andern die aneuvelle. Ob es nicht vormünder hat, die des Herren mann seyn & quae sequuntur deinceps. Illustrat haec loca SCHILTERVS ad *ius Alem. cap. 49. p. 278. & ad cap. 55. p. 296.* qui tamen, praeter Cragium, alios laudare nesciuit. Licet uero, quod inferius dicemus, Saxones & Sueui migrauerint ueterum instituta nesciantque hodie tutelas fructuarias: in quibusdam tamen

2) instituta  
Germaniae  
hodierna.

Silesiae:

Moraviae.

Boioariae.

praesertim in-  
ter personas  
illustres.

locis reliquiae earundem hodieque inveniuntur. Quarum spicilegia hic colligemus. Ita Silesiae, quae olim iuri paruit Saxo-  
nico, principatus habet, ubi tutoribus pro administratione tu-  
telae assignatur tertia ususfructus pars bonorum pupilli.  
Schles. Landes-Ordn. tit. 18. §. Von Weysen der Fürstenthum  
me Dppeln und Ratibor. apud SCHIKFVSIVM chron. Siles. lib. 3.  
p. 464. Jedoch sollen die Vormünder vor die gehabte Mühe den  
dritten theil aller Zugänge der Wäysen bey sich behalten. DE MO-  
RAVIAE marchionatu clare BETSIVS cap. 7. n. 19. p. 162. ait: *In  
Moravia proximi agnati tutelae suscipiunt etiam sine grauomine  
reddendarum varionum aut reliquorum restituendorum. Sole  
conservatio sortis illis incumbit & alimentario pupillorum.* In  
BOIARIAE ducatu ita sentit SCHMIDIVS ad tit. 5. art. 16. *Nostre  
opinione non minus decima tribuitur tutori. Ita ut 200. habeat,  
si bona pupilli aequent 4000.* Quamvis autem moribus nostri  
aeui fructuaria patriae tutela, si parentes tutor exceperis du-  
praes. de tut. matern. diff. 16. temperata sit, tutoribus passim adsi-  
gnato salario: inter personas tamen illustres hodieque super sunt  
fructuariae tutelae singulares reliquiae. Quod enim d. praes.  
alibi dixit, illud etiam hic repetendum est; *in illustrium perso-  
narum iuribus pristinas patriae consuetudines usu conservatas  
esse, quae in hominibus plebeiis oppressae sint Romanarum le-  
gum superstitione.* Illud quotidiano usu est cognitum: quod  
*princeps aut comes tutor adparatu & lautitia vivat regaque ter-  
ritorium tutelare, quam ipse heres successor; quod collectas scri-  
bat; consumat redditus; imperet mutetque pro arbitratu; sit-  
que a varionibus reddendis alienus.* Rem hanc stipabimus lecto-  
rum testimoniis. KLOCKIVS vol. 1. conf. 6. n. 90. Wie denn ohne  
das in tutelis illustrissimorum pupillorum dem Herrn Vormun-  
der aus der verpflegten jungen Herrschafft intraden und Einkom-  
men, sonderlich da sie nothwendig mit der Hoffhaltung dahin rü-  
cken

ken und dero vormündlichen Lande und Mitregierung abwarten müssen, aller unterhalt zu reichen seyn wird. Quemadmodum enim ipsi principes heredes raro thesauros colligunt, uerum plerisque hoc ad laudem sufficit, si impensis & lautitiae respondeant redditus territorii: ita idem euenire etiam solet principi tutori. Qui plerumque eum instituit adparatum uiuendi & regnandi, ne redituum quid superesse aut redundare queat. Idem contradictor FRITSCHII uol. 1. conf. 23. n. 40 Ist in Deutschland gebräuchlich, wenn Fürsten, Graven oder Herrn ihrer unmündigen Brüder oder Bettern Vormundschaft über sich nehmen, Land und Leute zu regieren: sie zur compensation eine Ergöblichkeit haben, und nicht schuldig seyn alles zu berechnen und Erstattung zu thun. Exempel haben wir an denen Erz-Herkogon in Oesterreich; Herkogon zu Sachsen; an den Graven zu Schaumburg, Gleichen, und andern mehr. Und weil solcher Gebrauch in Deutschland landkundig und offenbar, auch Churfürsten und Graven wohl bewußt, so darfs keiner weitem Deroweisung. Quapropter ex usu imperii pragmatico sentit v. illustr. a COCCEN c. 19. iurispr. publ. §. 14. p. 407. dum ait: *Ratione principatus tutor rationes non reddit* (quoniam eius tutela fructuaria). *Neque meminimus, rationes unquam petitas, nedum redditas fuisse* (\*):

B 3

Paria

(\*) Sed tamen rationum, a principe tutore requisitorum, exemplum habet SCHILTERVS lib. 1. iur. publ. tit. 12. p. 123. Vbi pactum recitat inter Wolffgangum & Rupertum archipalatinos anno 1545. Wo der Herkog Wolffgang von seinem Better Herkog Ruperto, als Vormund Rechnung haben wolte: so solle S. L. dieselbe bey Leben gebährlicher weise suchen und fordern. Die Erben aber sollen solche zu thun nicht schuldig seyn. Addi potest, quod etiam ERISCHIVS uol. 1. conf. 23. n. 101. responderit pro comite, ab agnato tutore rationes requirente. Memini etiam nouissimae tutelae apud Wurtenbergenses, ubi minae sparsae sunt aduersus administratorem in reddendis rationibus. Verum his omnibus glaucoma obsuisse puto iuris Rom. quin rationes intelligerent patriae institutorum.

Paria habet *b. m. STRYKIVS lib. 27. V. Mod. tit. 5. §. 4.* quod scilicet illustrium personarum tutoribus illustribus alimenta (mallem usufructus) debeantur de bonis pupillaribus territorii. Idem BRUNNEMANNVS *conf. 2. n. 160.* & Isti etiam extranei SVRDVS *de alim. tit. 9. quaest. 44. n. 1.* MENOCHIVS *conf. 28. n. 31. §. 1.* alio. Accedunt demum rationes, nostrae reipublicae diuersae a Romana. Romae enim pleraque munera, quidni & tutelae? gratuita; Germania autem non vult, ut alicui officium ne tutelare quidem sit damnosum: Romae decus fuerat, spartam exornare de bonis propriis, neque oneri esse, petendo a republica salarium; Germanis sordet sparta, quae sine spe aeris & salis: Romae operarum pro mercede locatio instar fortunae fuerat seruilis; non Germaniae, quae maximi illas artes facit, quae docent ex operis acquirendi opes & facultates & quae differentiae generis eiusdem. Vnde clare patet, quod mirum non sit, fructuarias tutelae Romae forduisse, nec quicquam Germanis.

Fructuariae tutelae, quae sublatae a Germanis desuetudine?

(xx) In eo facile conueniunt Doctores, quod, praeter matris aut patris tutelam, alia nulla hodie apud Germanos sit fructuaria. ZOBEL *in different. iur. Sax. & Ciu. 43. n. 8.* COLERVS *de process. execut. part. 2. c. 3. n. 301.* BERLICHIVS *part. 2. concl. 12. n. 17.* CARPZOV. *part. 2. Const. 11. def. 1. n. 6. 7. 8.* RICHTER *part. 2. decis. 13. n. 22.* HEESER *de varion. redd. loco 11. n. 124.* *b. m. STRYKIVS V. M. lib. 27. tit. 4. §. 2.* Sed unde quaeso tam facilis iurum commutatio? Forte instituta Romanorum de *gratuitis tutoris* uisa sunt humaniora Germanis, quae sequerentur. Vel, auctis per commercia praediorum pupillarium redditibus, hi iusto maiores uisi sunt, quam ut integri adsignari possent tutoribus pro operis tutelaribus. Igitur parte tantum aliqua contentos esse oportuit tutores uel, eius loco, illis adsignatum fuit salarium. A iudice definiendum pro ratione operarum tutoris



ris & pupillorum facultate MENOCHIVS de arbitr. iud. quaest. casu 512. n. 11. 12. FINKELTHVSIVS obseru. 62. n. 25.

(ee) Radicem & fundamentum salarii tutelaris fructuariam Germanorum tutelam fuisse, diximus in nota praecedenti. Vtinam hoc lumine scripserint Iuri, quibus opuscula debemus de salariis tutorum singularia. LUDERVS MENCCKE dissertationem XI. & pariter MOLLENBECCIVS academicam dissertationem occuparunt hoc argumento de tutorum & curatorum salariis.

De tutorum apud Germanos salario.

Qui ideo hic merentur laudari. Ibimus nos per provincias Germaniae, ut iuris Germanici de tutelari salario uideamus harmoniam. In Saxonia imprimis ex iustis causis pro qualitate laborum patrimonii & conditionis pupilli aliarumque circumstantiarum certum salarium constitui ex bonis pupilli uel, ipsa testis est experientia, dogma est MENCCKENII, primarii apud Lipsienses antecessoris disp. 11. thes. 14. in fin. p. 387. qui in partes suas uocat SCHILTERVM exercit. 37. §. 9. & 177. atque ANDLERVM lib. 2. tit. 5. n. 38. sed neuter aliquid habet de Saxonia sigillatim. Propius ad institutum accedunt BERLICHIVS part. 1. dec. 134. quae rota est de salario tutoris, firmato sententia forensi, & FINKELTHAVS obseru. 62. n. 25. In statutis WÜRTEMBERGICIS

In Saxonia.

Württembergicis.

Landes-Ordn. tit. 40. ita disponitur: Wiewohl solch Vormundschaft zu recht (iure Romano) keinen Gewinn oder Belohnung leidet, darum auch kein Vormund einigen Sold heischen oder empfangen solle: so wollen wir doch hiemit zulassen, daß einem Vormund, der treulich vorstehet, eine ziemliche Belohnung bestimmt und in seiner Rechnung passiret werde. Besoldus, Plepstiis, aliique interpretes hanc legem ex iure Romano illustant: sed requiritur hic potius patrii iuris sedula indagatio. Vicina BOIOARIA

Boioaria.

Landes-Ordn. tit. 5. art. 14. id est: Einem Vormund oder seinem Erben solle nach Beschaffenheit des Vermögens; des Pupillen Standes; auch gehabte Mühe eine gebührende Verehrung vor gehabte Mühe,

Mühe, Verrichtung und Sorg gegeben und NB. die Vormunde, bey Antretung der Vormundschaft, darauf vertröstet werden. Arbitrio iudicis summa definitur: sed, pragmatico SCHMIDII iudicio, ususfructus assignanda decima pars ad *tit. 5. artic. 14. n. 13.* Addatur KHAISSEVS ad *instit. iur. Boic. lib. 1. tit. 22. p. 50.* & BALTHASAR, qui *tit. V. resol. iur. Boic. 12. n. 1. p. 480.* iuuenes & adolescentes grauissimis uerbis compellat: *ur legis prouincialis sint memores; gratiam referunt tutoribus non uerbo, sed re ipsa, salarium soluendo tutelare.* Qui hoc ipso a Schmidio alienus est, cuius iudicio Boica haec constitutio esset in gratiam iuris ciuilibis abroganda. Idem fere habent sequunturque

Tirolensibus.

statuta TIROLENSIA *lib. 3. tit. 5.* Von der Gerhaben Belohnung. Daß den Vormundern nach Verfließung eines Jahres, nach dem Brauch ieden Ortes und nach Gelegenheit der Sache eine Belohnung bestimmt werde. Und sich der Gerhab damit begnügen lasse.

Franconia.

De FRANCONIAE statutis, nescio, quid iudicandum sit. Concedunt enim ipsa quoque salarium tutori: sed non ultra *duos numos*, quam ampla etiam fors fuerit pupilli. *Fränckl. Würzb. Land-Ger. Ordn. part. 3. tit. 22. §. 2.* Wenn die Substanz der Pupillen sich auf 1000. Gulden oder NB. auch darüber erstreckt, auch an liegenden Güthern ganz oder mehrentheils bestehen sollte, daß einem Vormund zu warten und einzubringen zween Gulden in seiner Jahr-Rechnung zu führen nachgegeben werden solle. So das Vermögen darunter, nur ein Gulden. Es solle auch die Tax dieser Besoldung nicht überschritten werden. Sed haec lex emitioni similis pro numulo uno, ut adeo operas tutoris potius ludere, quam compensare uideatur. Si uero, aliud aequitatis habuit olim in magno pretio argenti, hodie illa certe ridicula est in tanta eiusdem uilitate. Quicquid sit, idem tamen fere habent statuta etiam ARGENTORATENSIA apud *Demeradium part. 1. diff. 4. n. 25. p. 25.* his uerbis: Dem Bogten solle man, so

Argentoratensibus.

das

das Guth unter 100. Gulden werth, schencken eine Rappe, (allilegunt einen Koppen) und ein halb Viertel Weins oder ein Ortsgülden dafür. So es aber darüber, dem sollen des Jahr 2 Rappen und ein ganzes Viertel Wein geschicket werden. Istts aber über 200. pf. bis in 1000. Gülden ein paar Hofen oder einen Gülden dafür cetera. Pertinent haec ad parsimoniam uetustatis, paruo contentae. Hodie sine dubio aut sublata lex prorsus aut prolata ad fines honorarii ampliores. *Reformatio*, quae audit FRANCOVRTENSIS *part. 8. tit. 13.* salarium, tutoribus adsignatum, indulgentiae legum Romanarum tribuit, non uero, ut par erat, rationibus patriae statutorum: Verba ante me b. m. STRYKIVS exscripsit *lib. 2. V. M. tit. 4. §. 3.* quae nolo repetere. Rectius HAMBVRGENSES salarium tutoris ex institutis ueterum tuentur *part. 3. art. 6 §. 20.* his fere uerbis: Obwohlen die Vormunder nach denen gemeinen geschriebenen Rechten keine Belohnung: dennoch, weil disfalls von unsern Vorfahren (more maiorum) aus vernünftigen Ursachen, damit jeder so viel williger gefunden werde, ein anders verordnet: so lassen wir es dabey, daß denen Vormunden bey ihrer Schluß-Rechnung eine ziemliche Belohnung wiederfahre und gefolget werde. Prouinciae Magdeburgensis statuta tutoris salarium uirtuti & liberalitati relinquunt pupilli *cap. 43. §. 22.* Der Vormund ist seiner Mühewaltung halben ein recompens zur Ergöcklichkeit anzusehen nicht bezugt. Jedoch wird sich NB. ieder Pfligbefohleener gegen seinem Vormund, der ihm wohl vorgestanden, danckbar zu erweisen wissen. Putauerim tamen ad hoc ipsum obligationem non tantum naturalem esse, sed etiam forensam. Neque de re ipsa hic disputari, sed tantum de summa, uel aequitate pupilli uel magistratus iudicio determinanda. Mouent me ad ita sentendum primo, quod Germanici iuris, hactenus recensiti, hoc ratio uelit; deinde haec *§. 22.* noua sit neque in editione 1652. habea-

Frankofurten-  
sibus.

Hamburg-  
sibus.

Magdeburgi-  
cis.

C

habea-

Archipalati-  
nis statutis.Porussico iu-  
re.Num gratui-  
ta tutela prae-  
stet fructua-  
ria?  
Pro prima.

Pro ultima.

habeatur, adeoque pristino iuri tutelari sit derogatoria; de-  
mum, quod, *Bergero* interprete in iuris oeconomia, quondam  
in ciuitate Halensi moribus recepta fuerint tutorum salaria.  
Archipaladini principis electoris idem de salariis tutorum ha-  
bes mandatum an. 1579. promulgatum apud GIESEBERTVM  
*peric. 2. stat. art. 24. n. 299.* PORUSSICA constitutio de hoc argu-  
mento *lib. 2. tit. 6. art. 12. §. 5.* est haec: Und ist nicht unbillig,  
auch der Obrigkeit unbenommen, denen Vormunden entweder ge-  
wisse salaria zu setzen, oder eine ziemliche Belohnung zu geben. Ta-  
ceo genera eiusdem consuetudinis alia.

(ff) Vtrum consultum magis sit, tutelas *gratis* admini-  
strari; an uero proposita *salarum* aut fructuum spe: non omni-  
um eadem est opinio. Primum *Romani* fecerunt: alterum  
*Germani*, quorum nos instituta tuebimur rationibus. Qui in  
Romanis castris militant, illi pietatem commendant extollunt-  
que illi ciuiliu, quod tutoris pretium uirtutem esse uoluerint,  
non salarii aut fructuum lucra. Inde querela *Casp. SCHMIDII*  
ad *tit. 5. iuris Boici art. 14. n. 1.* *Oprandum: quidem esset, ut iuris*  
*communis dispositio* (de gratuitis tutelis) *ad huc hodie obserua-*  
*retur in toto mundo. Quod ex eiusmodi peruersis consuetudi-*  
*nibus* (salaria tutorum intelligit) *orta fuerit tutelarum & cura-*  
*relorum pessima nundinatio. Ita, ut quilibet ineptissimus se tu-*  
*telis ulro intruserit. Cum secundum locorum consuetudinem*  
*10. uel 20. partem fructuum imo in quibusdam locis omnes fructus*  
*uel pingue salaria lucrentur. Idem quoque iudicium est* PE-  
REZII ad *tit. ff. de adm. tut.* idem HUBERI *digress. lib. 3. c. 1. §. 9.*  
qui rectae rationi hoc putat aduersari. Verum enim uero uti  
coniecturis non adsequor, quomodo salaria in causa esse que-  
ant *ineptorum tutorum*, cum magistratui potius incumbat pro-  
uidere, ne ineptus ad tutelam admittatur: ita plures rationes  
sunt, quae fructuarias tutelas commendant. *Principio leges*  
natu-

naturae iubent, ne alicui officium suum sit damnosum *l. sed & ff. quemadm. test. oper.* id quod fieri solet in gratuitis tutelis. *Deinde* ad pietatem in pupillos sufficit, si res eorum non peiori sint loco, quam hominum adultorum. Quod fit, si operis tutelaribus modicum respondeat salarium aut eius loco pars usufructus. *Præterea* maiorem in tutela fructuaria requirere licet industriam, quam in gratuita. *Tum* minores erunt excusandi se a tutelis causæ. *Post* excitabit honorarium tutores ad promptius, curatiusque tutelam administrandam. *Porro* ut mores Romanorum migrauerimus in eo, ne publicum munus ullum sit gratuitum: ita eadem quoque nobis causæ, ut gratuita pariter exulent tutelæ. *Tandem* cum tot hodieque sint perfidia tutelæ exempla, illamque multi hoc tegumento inuoluant, se aliter sibi consulere nesciuisse fecisseque, quod tribuatur Israelitis Aegyptiorum honestis spoliatoribus ob mercedem negatam operarum: etiam hoc nobis commendare debet tutorum salaria. Valet enim hic idem, quod SEKENORRIUS monet de salario quaestorum, ne tenuitate eius ansam habeant ad delinquendum. Opinabile enim non est, esse in alienis facultatibus & uiuere suis, *DIO lib. 52.* *Demum* hodie pleraeque, si non omnes tutelæ, dativæ sunt, quæ iussu magistratus imponuntur, nulla spe proposita successionis, quæ apud Romanos in legitima tutela plerumque usitata, solatium fuerat in operis gratuitis pro pupillo, hereditatis causa, suscipiendis. *Taceo*, quod Romanorum tutelæ minus fuerunt diuturnæ, quam apud Germanos: ut adeo in his grauioribus & longiores operæ mercedem omnino mereri uideantur. *Ad extremum* aliud quid pro salariis tutelaribus adlegare nescit GIESEBERTVS *peric. 2. stat. avt. 24. n. 291.* quam sententias sacri codicis aduersus ingratos *Sap. 16. u. 29. Prouerb. 18. u. 13.* Ut adeo pupillus conscientia pessime consulat, qui operis sui tu-

toris satisfacere nolit sufficienti honorario: quamuis stricto iure ad illud necquicquam teneatur.

Salarium tutelare non iuris derogatorii in Germania.

1) debetur regulariter.

2) uersatur in captando lucro.

3) privilegium habet in concursu.

4) exigit illud tutor absque conventionione.

5) cum agnatis.

6) etiam diues si absit dolus.

7) si absit dolus.

8) nulla pudoris laesione.

Seculorum, non hominum uitia.

(gg) Speciminis loco aliquas dabimus sententias, quas peruerse responderunt Iſti, ideo, quoniam salaria tutorum ex auctoritate LL. Romanarum inter res odio dignas retulerunt. I. Scilicet etiam in Germania *regulariter* salaria peti non possedunt, quia in se munus hoc fit gratuitum *MENKE ibes. 5. & 8.* Verum *regula* sumitur ab indole rei, qua Germanorum tutelae sunt fructuariae: deinde cum patria consuetudine tutelae raro gratuita sint, exceptio maior non esse debet, quam regula. II. Salarium tutoris in damno potius uitando, quam in lucro captando uersari existimant *FABER in Cod. lib. 5. tit. 17. def. 1. MENKE ibes. 12.* Quod iterum nego, quoniam Germanica iura in fructuariis tutelis commoda atque lucra non inuident tutori. III. Perhibent in creditorum concursu tutelare salarium ad classem referendam chirographariorum *idem ibes. 26.* Sed iterum falsa causa subest, scilicet, quod salaria haec decernantur extra iuris (puta Romani, non Germanici) ordinem & quae sunt generis eiusdem. IV. Tradunt porro, salarium sibi tutorem constituere non posse, si iam munus tutelare adiuerit. V. Neque proximorum agnatorum arbitrio id fieri, sed decreto magistratus VI. non deberi illud a pupillo parum opulento VII. non deberi, nisi exploratae industriae specimine edito a tutore VIII. referendum illud inter patriae opprobria & quae alia sunt, facilia ad confutandum, si animus probe instructus sit, superius iacto fundamento. Vnde satis constat, quantum interfit cum iudicis forensis, tum causarum patroni, utriusque iuris differentias bene cognitatas intellectasque habere.

(hh) Parco nominibus maximorum Iſtorum. Quibus ne quidem illud uitio dandum est. Cum illi oculos animosque defixerint in legibus tantum Romanis, uetustiorum patriae consue-

consuetudinum; unde nobis lumen, prorsus ignari. FRIT-  
SCHIVS tamen prae aliis hic stomachum nobis mouit, quoniam  
*consilio 23. p. 340. n. 156. 158.* id agit ex instituto, ut fructuarias  
tutelas etiam apud principes & comites damnet destruatque,  
contra patrii iuris rationes & pragmaticum usum Germanici  
imperii. Rationes eius sunt; I. Quia principes iure priuato  
utantur. *Resp.* Saluo tamen patrio iure. Quicquid sit de  
quaestione indaginis altioris. II. Quia consuetudo fructuariae  
tutela a priuatis hominibus nequeat extendi ad principes.  
*Respond.* Imo a principibus, (ubi fructuariae tutelae omni tem-  
pore uestigia clariora) filum est consecutionis ad homines pri-  
uatos, cetera.

DIFFERENTIA II.

Tutela Patronorum Et domini feudi diuersa fundamenta.

Confertur uulgo tutela PATRONI in libertos *Tit. 17. ad*  
cum DOMINI tutela fructuaria in uasallum mi- *uerba: pa-*  
norem (ii). Vtraque autem differt inui- *tronorum*  
cem quam plurimum, quod uidebimus. Ra- *tutela.*  
dix & fundamentum iuris tutelarum patroni est  
SUCCESSIO (kk): alia domino in hoc munere  
causa. Cuius non solum interest, ut bene EDV-  
CATVR pupillus cliens, ad seruitiaque, olim  
praestanda, reddatur habilis (ll): sed etiam  
FRUCTIBVS fundi clientelaris usque is careat, do-  
nec aetate ad seruiendum maturescat (mm).

(ii) Hoc collationis genus instituit ex ueteribus *Io. FA-* Patronorum  
*BER ad l. 1. In §. tit. 17. n. 2 p. 64.* ratione, quam damus: *Per* & domini feu-  
*bunc §. posses fundari, quod si uasallus, qui nihil possidebat, nisi* dalis seruitur  
*feudum,* tutelae.

feudum, moriatur relicto pupillo, nullis agnatis existensibus, qui in feudum possunt succedere, quod tutela eum pupilli pertinet ad dominum feudi, qui successurus est per hanc litteram. Sed propius ad rem accedit Georg. SCHVLZE ad lib. 1. tit. 17. his quidem uerbis: *Iure feudali exemplo huius legitima patronorum tutela, si uasallus moritur, relicto filio impubere, nullis agnatis, qui in feudis succedunt, existensibus, tutela pupilli ad dominum feudi, ad quem feudum reuersurum est, pertinere uidetur.* Arg. cap. un. de success. frat. 2. F. 11. Adde, quae plenius dixi ad tit. 15. litt. b. Quem, uti in usu iuris hodierno alias, ita hic quoque exscribit, tacendo nomen eius, b. m. HOPPIVS ad b. t. Et SCHRADERVS part. 10. sect. 19. n. 70. hoc argumentum ita respondet: *quemadmodum a liberto ad uasallum; ita a patronorum tutela ad tutelam domini bona conclusio.* Sigillatim NIO- EVERHARDVS in topica legali, arg. a liberto ad uasallum.

Patronorum  
tutelae uni-  
cum funda-  
mentum suc-  
cessio.

(kk) Dicit hoc ipse imperator. Neque enim uerba XII. tabularum patronis tutelam libertorum deferre, agnoscit. Quod uero certum sit, patronos succedere in bona pupillaria libertorum; ideo putat, firmum esse consecutionis uinculum, quod iisdem etiam ob causam eandem tribuenda sit tutela. Idem VIPIANVS l. 3. ff. de legit. rur. Quia regula iuris uera sit uniuersim, ut onus sentiat, qui sentit commodum l. secundum not. ff. de R. I.

Dominicae tu-  
telae causa  
a) pupilli ad  
uirtutem mili-  
tarem educa-  
tio.

(ll) Claris uerbis hoc scribit Angliae Ictus, I CORVELLVS lib. 1. institut. tit. 17. §. 2. quem locum recitamus: *Hoc custodias (tutelae fructuariae) ius ob hac ratione proficiscitur. Quod cum is, qui per seruitium militare tenet, militis loco dominum sequi teneatur: nemo praesumitur pupillum in actibus bellicis solertius uelle instituire & educare, quam ipse dominus.* Idem de fortit. scvto c. 44. & historicus VERGILIUS lib. 16. p. 570. Inde causae ad scholas & academias equestres, in quibus pupilli uasalli ad uirtutem & artes militares formentur educanturque.

(mm) In-



(mm) Indolem *tutelae dominicae* repetere nos oportet ex legibus peregrinis, quoniam hoc iuris genus in plerisque Germaniae locis sublatum est consuetudine. Ita autem CRAGIVS lib. 2. dieg. 20. p. 284. illam describit: *Haec uera est omnium feudorum conditio, ut uasallus domino militares operas praebeat: quibus certe nec pupillus sufficit nec minor. Dominus ergo tempore illo, quo seruitiis uasalli eum carere oportet, fructus feudi sibi vindicat. Quibus uel ipse gaudet uel pro illis alium conducit, qui seruitiis feudalibus defungatur.* Idem FLETA lib. 1. c. 11. idem GLANVILLA lib. 7. c. 9. idem LITTLETON lib. 2. c. 4. idem que, quo teste scribimus, Io. COWELLVS lib. 1. tit. 17. §. 1. p. 34. In beneficiatis feudis iuris huius rationes sunt manifestae: quod, cessante onere, cesset commodum; quod commodo cessante, cesset onus: quod causa sublata, tollatur effectus: quod regula sit clara sit, causa dati non secuta & quae sunt generis eiusdem, quae dominum excusant in huius iuris exercitio. Quod uero in Germaniae locis plerisque hoc sublatum sit, si feuda exceperis illustrium, illud propterea evenit quoniam pleraque Germaniae feuda titulo acquiruntur oneroso emtionis aut donationis propter causam: deinde pleraque landsassica feuda oblata sunt, quorum multitudo indolem fere expunxit *feudorum beneficiatorum*. In quibus tamen neque in ipsa Germania aliquid iniquitatis habere uidetur domini fructuaria tutela.

DIFFERENTIA III.

*Legitimus & testamentarius postponuntur domino tutori.*

Patronorum tutela ideo locus, quod deest liberto alius tutor uel legitimus uel testamentarius (nn): uerum utriusque dominus in fructuaria tutela antefertur (oo).

(nn) Rem

b) negatur u-  
fructus feu-  
dalis cessanti-  
bus seruitiis.

Patroni tutela  
subsidiaria  
est.

(nn) Rem hanc uerbis complectitur paucissimis, apertis tamen & claris BALDVINVS ad *tit. Inst. de tut. patr.* ubi notat haec: & profecto non poterat hic esse alius, cui patronus cedere deberet. Cum nec agnatos habeat libertus: nec sit in potestate patris, quo tutorem testamentarium accipiat. Rationes adfert *d. praef.* dabit in differentiis iuris R. & G. inseruitutibus.

Dominii tutela & testamentarium excludit & legitimum tutorem.

(oo) Variant quidem hoc in iure Germanicarum gentium instituta. Alii enim ad tutelam dominum uocant tum demum, si nullus adsit agnatus feudalis successor, quibus moribus uixere Sueti, quod dictum est doctumque *p. 8. 9.* Alii uero excludunt a tutela ipsos agnatos dominoque eandem praehis solent deferre. Anglo Saxonum iura prodit CRAGIUS *lib. 2. di. 20. p. 286.* his uerbis: Cum uasallus feudi militaris heredem minorem relinquit, tutela & ipsius pupilli & feudaliu uasallorum eius pertinet ad dominum. Licet alios tutores aut testamentarios, a patre institutos habeat aut agnatos, qui sunt legitimi. Nam domini curae alios omnes excludunt. Agnatis enim reponere potest dominus, quod frustra in feudum aliquod urgeant ius, ante quam nata illis successio, quae omnino expectet pupillum: deinde interesse domini, ut bene educatur uasallus minor, quapropter tutelaria iura diuelli non debeant ab opere curaue educationis.

## DIFFERENTIA IV.

Alimenta quae pupillo negentur, si ei opes alias?

Fructuarius tutor, dominus, alebat tantummodo pupillum ex fructibus feudi, si, unde uiueret, illi defuerat allodium (pp): cuius discriminis nescium est ius Romanum (qq).

Alimenta pupillo debentur deficiente demum allodio.

(pp) Aperte CRAGIUS *lib. 2. feud. di. 20. p. 288.* inquit: Hoc etsiam solarium dominus habet, quod, cum alioquin pupillum alere

alere Et educare pro dignitate teneatur ex fructibus sui feudi, si pupillus aliunde habeat, unde commode sustentari possit: in eo casu dominus de alimentis ei praestandis non tenetur. Nisi Et ea (allodia) eiusdem domini custodiae uelie subiicere, ut Normannicae constitutiones nolunt. Nos pupillum, ut haec subiiciat, cogere non solemus: sed, aestimatis eorum fructibus, quod superest ad plena alimenta arbitrio senatus a domino exigimus. Neque aliter mores se habuerunt Germanorum in feudis beneficiatis. Quoniam uasallus uel aetate uel alio casu ad seruendum inhabilis neque fructus feudales meretur, instar militis, ualetudinis causa dimissi. Cui stipendium iure negatur, neque ualetudinarium illi succurrit, nisi ob causam egestatis. Alia nostris hodie feudis est ratio, quae plurimum uel beneficiata sunt uel titulo acquisita oneroso. Ut adeo nequicquam dici possit, quod propter seruitia tantummodo sint collata. Quae tamen ratio & fundamentum est fructuariae tutelae.

(99) Feuda Romanis ignorata fuisse, certum est. Ut Romanis feuda nulla. Vt adeo feudi & allodii nulla opus fuerit separatione. Scio, quid de agris limitrophis & beneficiariis Romanorum sentiendum sit & quid illi commune habuerint cum feudis. Verum nulla ratio patitur, ut in his obtinuisse credamus fructuariam eius generis tutelam.

DIFFERENTIA V.

Vbi educari debeat pupillus?

Romana iura pupillum non obligant, ut educatur apud tutorem (rr): quod tamen Germanica instituta uolunt in tutelis fructuariis (ss).

(rr) Est enim iudicis, siue praetoris siue praesidis, decernere, apud quem educari debeat pupillus. Educatio aliena a tutore. Saepe matri, non

D

nun.

nunquam etiam aliis committitur educatio, excluso tutore. Ita Ulpianus *l. 1. pr. ff. ubi pupillus educar. debeat* & clarius Alexander *l. 1. educatio C. eod.* Quibus legibus haud dubie causam attulere Romanorum in educendo pupillo malitia & improbitas atque insidiae decantatissimae hereditarum.

Educatio comes tutelae fructuariae,

(ss) Neque causis suis haec instituta destituuntur. Nam interest omnino domini, ut pupillus cliens ad artes & virtutem formeretur, quae habilem reddant ad olim condigne praestanda seruitia. Quapropter domini uoluntas hic consiliiis aliorum est praefenda. Hos Angliae mores late exponit tueturque CRAGIUS *de feud. Scot. lib. 2. c. 20. p. 287.* Verum in Germanico imperio id iuris est ualde ambigui. Memini, fuisse aliquem principi, Romanis sacris addicto, auctorem consilii, quo Enangelica sacra posset in territorio suo breui, nulla uolentia adhibita, extinguere. Id scilicet fuerat, ut princeps tutelam sibi legitimam adrogaret in subditis & uasallis. Ita enim ex imperio tutelari pupillos imbui posse principiis pontificiae catecheseos. Neque metum esse ullum, fore, ut principia, quibus pueri imbuti sumus, deponamus uiri aut iuuenes. Verum in Germania nostra hoc dari propterea nequit domino. Partim, quod seruitia militaria non requirunt artes catecheticas. Partim, quod feuda nostra uel oblata uel emta sint, utrinque eapropter indigna eo rigore. Partim, quod dominicae tutelae uel desuetudine sublatae uel ne receptae quidem in tanta ordinum prouincialium libertate. Partim etiam, quod pragmaticae leges uelint, paria utrisque sacris iura sint, libertas, immunitas, ut adeo nefas sit, onerare subditorum & uasallorum pupillos *dominica* tutela.

DIFFERENTIA VI.

De fine tutelae diuerso.

Tempus tutelare patronis ordinarium est

est (tt): dominus autem pupillos, si masculi sint, in tutela retinet ad annum aetatis XXI uel XIX (uu); si foeminae, obstringitur ipse annos XIV natis maritum quaerere illasque clo-care (xx). Quod si facere neglexerit, foeminarum ipso tum iure extinguitur tutela.

(tt) Regula iuris est, cum lex non distinguat, neque distinguere, fore nostrum. Deinde ratio tutelae patronorum pariter expirat in pubertate. Qua etiam liberti condere testamenta possunt patronosque destituere hereditaria successione *§ 1. 2. sq. Inst. de success. liberr.* Plura addere in re, desuetudine apud nos sublata, operae pretium non est.

(uu) Loquatur in hac re iterum CRAGIVS noster *lib. 2. de feud. Scot. cap. 20. p. 288.* ubi ita inquit: *In militari feudo, quamdiu XXI. annum non impleuerit Et foemina XIV. tamdiu sunt in dominorum (tutela) custodia. Ratio diuersitatis est haec. Si foemina nupsit, tum maritus illi instar tutoris & illius, qui domino praestat seruitia. Addit idem principio huius diegeselos, quod ueniam quidem aetatis aliquando impetrent pupilli XVIII. aetatis anno, quod tamen improbat maximopere. Nemini ignotum est, quod in hoc termino fructuaria tutela respondeat iuri Saxonico, quod certissimum est insulam Britanniae Saxonum uiuere institutis. Is enim populus patrias leges in Angliam atulit ex eaque illae etiam in minus excultam Scotiam transmigrarunt. Dicit tamen alibi *d. praef.* quod terminus hic iusto sit longior. Cum certo constet, Germanicas quondam gentes annum aetatis XVIII. ad iura maiorennitatis habuisse sufficientem.*

(xx) Cum domini omnino interfit, ne foemina cliens homini nubat uel inimico uel minus tamen grato: ius illius tutelare

Patronorum tutela finitur XII. aut XIV. aet. anno.

Non tutela domini, quae perdurat ad an. XVIII. aut XXI.

Matrimonium uasallae qui nullum,

sine consensu  
tutoris domi-  
ni?

relare eo etiam profertur, ut *pupillam* cogere possit ad dandam  
connubii fidem illi, quem ipse nominavit. Adeoque *domini-  
ca* tutela coactis gaudet matrimoniis, quae utroque alias iure  
libera esse debent. Verum enimvero ne dominus hic aliquid  
ex fraude agere possit, ius illius variis circumscriptum est li-  
mitibus, ut *legum fere systema* absoluat *dominica maritatio*, quam  
dicunt, *militarium uasallarum*. Occupat illa *diegesis* XXI. in  
uolumine CRAGIANO. Unde quaedam excerpemus neque  
tamen aliter, quam per epitomen. *Ultra* XIV. uel, in casibus  
quibusdam, *ultra* XIV. aetatis annum non differat matrimonium  
*pupillae*, dominus, alias ipse & tutela excidit & iure maritandi  
*pupillam*. Deinde *pupillae* nec offerat maritum disparilis cum  
*ipsa sortis aetatis dignitatisque*. Praeterea commendatus ma-  
ritus uitio non laboret corporis aut animi. Post se *pupilla* nubit  
olici, domino inscio, cadit illa feudo aut sponsatio sunt nulla &  
quae sunt eiusmodi. Et sane quaeri solet, utrum in principa-  
tibus Germanici imperii, ubi promiscua obtinet successio, foe-  
mina successor in matrimonio opus habeat consensu imperato-  
ris. Quod omnino affirmarem, siquidem Germaniae princi-  
patus aestimandi forent iure feudorum beneficiatorum. In-  
star Gallicorum feudorum, ubi regis consensu omnino est opus.  
Quod illustre illud Britanniae minoris exemplum docuit, cu-  
ius princeps Anna propterea nouo marito Maximiliano impe-  
ratori nuntium misit, quod consensum a rege habere non pos-  
set ad matrimonium hoc consummandum. Aget de hoc ar-  
gumento *de praeses in differentiarum systemate titulo de nuptiis*.  
Idem iudicium merentur feuda *landfassica*, quae & ipsa fere in  
omnibus Germaniae prouinciis in numero sunt feudorum ob-  
latorum.

## DIFFERENTIA VII.

Num ius tutelare competat patronae?

Romano iure patrona excluditur a iure tu-  
relari

telari libertorum (yy): non Germanico, ubi dominae esse licet tutrici minoris uasalli (zz).

(yy) Verba imperatoris clara sunt: *si o foemina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem uocatur, cum alius sit tutor in fine tit. Inst. de patron. tut.* Nam tutelam patroni filius, hereditatem patrona obtinebit *L. i. ff. de tut. legit.* Quia apud Romanos tutela officium uirile *l. ult. ff. de tut.* quod plene docuit *d. proef. diff. i. de tut. matern. litt. aa.* ubi quoque rationes eruuntur, Romanis peculiare.

Nefas est, tutelam liberti gerere patroni.

(zz) Recte Ioan. FABER ad *tit. inst. de patron. tut. n. 3 4.* Dominae qui inquit: *quod si mulier succedit habenti merum imperium, quod iudicare possit suae per alium suae ipsa idem iudicium est de tutela.* Significantissimum hic est *cap. 4. dilecti X de arbitris.* Vbi papa differentiam utriusque iuris clare definit ratione eadem. Quod quidem leges Romanae foeminas arcere soeant a publicis muneribus iudiciisque *l. 12 ff. de iudiciis, moribus foeminae indices esse nequeunt, non quod iudicium non habent, sed quod id non receperunt sit:* cum tamen Germani & Franci foeminis deferant fundos cum iurisdictione in subditos, neque illis leges obesse patrias, quo minus iudiciis queant defungi. Sic in Angliae praesertim regno nullum dubium est, quin & regina & dominae aliae tutrices esse queant suorum uasallorum idque iure fructuario. Accedant liberiora foeminarum Germaniae iura, quam Latii. Quae indagauit exposuitque *dn. praefes in diff. i. de tut. matern.*

Dominae qui esse liceat tutrici sui uasalli?

DIFFERENTIA VIII.

*Num patronorum tutela in posteris libertorum?*

Romano iure successionem indeque pendens ius tutelare patronus tantum habuit in liberto, non in posteris illius (aa): ultimum ta-

men quodammodo dici potest de moribus Germanorum in homines proprios (bb).

Liberti liberis  
nullus nexus.

(aa) Liberti enim filius erat homo ingenuus. In quem nihil iuris supererat genitoris sui patrono. Non opus est, in re clara testibus, quos tamen habes apud doctores ad *tit. Instit. de success. libert.* & ad *tit. ff. de bonis libertor.* itemque ad *C. tit. de operis patrono praestandis*, cetera.

Libertorum  
onera omnes  
afficiunt eo-  
rundem posse-  
ros.

(bb) Moribus enim Germaniae factum est, ut serui quidem omnes manumitterentur; ita tamen, ut posteri manumissorum nexu aeterno domino siue patrono permanerent adiecti. Quamuis enim proprii homines, iudicio plerorumque Germaniae Istorum, habeantur pro liberis: illi tamen uinculis adligati sunt plurimis. *Principio* glebae adscripti sunt, quam si relinquunt, domino in salutato, ab hoc uindicari possunt instar serui fugitiui. *Deinde* ad operas domino tenentur indefinitas, ut uix illis tempus superfit ad uictum & cultum. *Post* mortuis dominus succedit uel uniuersum uel in certa bonorum specie aut parte. Quod argumentum late tractant *Stammius & Husanus*; sed nouissime haec iura ex medii aevi notitia illustrarunt ex instituto *Dattius & Pottgieferus*. Nullus itaque dubito, cum liberti & patroni nexus in Germania aeterni sint, transeantque ad posteros omnes; neque illis denegandum esse ius tutelare. Quod tamen negligi hic solet ideo. Quoniam domini maior auctoritas in hominem proprium, quam tutoris in pupillum. *Deinde* curta hominum adscriptitiorum supellex uix meretur, ut dominum habeant tutorem. Vt adeo frustra sint, qui audent nobilibus dynastis haec iura in dubium uocare. Ceterum id contra meretur notari, quod si tamen homines proprii literas obtineant manumissionis *Laß-Briefe*: manumissi priuilegia nanciscantur ingenuorum, ut adeo in his nulla patronorum tutela supereffe, uideatur

DE



DE  
FRUCTVVM (aa)  
ATTRIBVTIONE (bb)  
SIGILLATIM (cc).

DIFFERENTIA I.  
*Fructus pendentes industriales cui cedant?*

**R**OMANO iure fructus etiam industriales, non- *Fructuum*  
dum a stipite separari, pro fundi ipsius industria-  
parte habentur (dd) ceduntque soli do- *lium attri-*  
mino (ee); non usufructuarii (ff), non condu- *butio apud*  
ctoris (gg), non emphyteutae aut uasalli (hh), *I) ROMA-*  
non uenditoris (ii) non fiduciarium (kk), non *NOS.*  
emtoris uictalitii (ll), non uiduae (mm), aliis-  
que eius generis heredibus, quibus tantum re-  
stituuntur in fructus factae impensae (nn):  
uerum enim uero alia hic longe instituta GER- *II) GER-*  
MANORVM. Leges enim SAXONICAE OPERAS hic *MANOS.*  
in pretio habent, fructusque tribuunt heredi *urpote a)*  
illius, qui semen rastro subduxit agrumque ad *Saxones.*  
id nouauit iterauitque (oo), quos mores usu  
quoque adprobant populi alii (pp). Ratione,  
nostro iudicio, consultissima (xx), quicquid ri-  
deant hic redarguantque alii. In BRANDEBVR- *b) Venedae*  
GICO autem ducatu respicitur ad fructuum MA- *Brande-*  
TVRITATEM. Ob quam a medio IULII ad me- *burgicoe.*  
dium

c) *Longo-  
bardes.*

dium AVGVSTI, utpote tempore frumentationi vicino, fructus adsignantur heredibus defuncti (qq), necquicquam domino nouo. Quod ipsum quoque ratione destituitur haudquam (xxx). Alios porro mensium limites habent LONGOBARDI & ipsi Germani. Quod si enim uasallus, idem de aliis iudicium, intra MARTII mensis principium finemque AVGVSTI decesserit, fructus heredibus defuncti pariter adiudicantur, non beneficiario successori (rr). Horridam & tantum non brutam hanc legem dixerunt interpretes (ss). Contra nobis illa uidetur aequissima. Cui idem cum Saxonica fundamentum. Quando intra initium Martii ad finem Augusti, in Italiae oris, cum operae absoluuntur agrariae, tum fere messis (tt). Ab hoc autem climate quando Germaniae regiones sunt alienae (uu): merito ignorantiae accusatur iuris prudentia forensis, quod nesciuerit in peregrinae legis rationem indagare eandemque temperare natura loci ac coeli Germanorum (xx). Praesenserunt hoc illi quodammodo, qui tempus fructuum attribuendorum in Germania prorogarunt ad anni ipsius tam exitum (yy) quam principium (zz), ne fructus hyberni apud nos temere excluderentur.

rentur. Ceteri, qui statos menses aut operarum mensuras non habuerunt, inter novos dominos pristinorumque heredes fructus industriales diuidendos esse, iudicarunt pro rata parte temporis aut operarum (aa). Tantum abest, ut Germani probauerint Romani iuris decreta in hoc argumento (bb).

d) alios populos Germaniae.

(aa) Diximus haec, quod Germanica instituta pro operis, a tutore praestitis, eidem usumfructum largiantur bonorum pupilli uel omnium uel certae ac definitae partis. Exigit igitur huius argumenti ratio, ut, quid in fructuum attributione sit dicendum, sigillatim exponamus. Quod ex instituto in causa etiam tutelari praestiterunt **BAECA** in libro *de decima tutori praestanda* c. 22. 23. 32. Et **Ioan. COTTIERRE** *de tut. par. 3. c. 27. n. 26.* Quamuis neuter nobis prodesse multum possit, quorum opera intra pomeria tantum uersatur iuris ciuillis, cum ex aduerso nostri hic instituti sit, docere patrii & peregrini iuris differentias.

Nexus dicendorum cum tutela fructuaria.

(bb) Casus esse hic possunt multiplices in argumento tutelari. Quod si enim tutor fructuarius *accedit* ad tutelam, necessum est, ut iura ei cognita sint, qui fructus illi principio debeantur; deinde, pupillo uel ipso tutore *mortuo*, quaestiones occurrunt iuris eiusdem; quid? quod etiam, *aetate legitima* accedente, tutela finiri nequeat sine lite, nisi utrique sibi consent in fructuum distributione.

Casus in fructuum attributione multiplices.

(cc) Equidem in *titulo Inst. de usufructu* argumentum hoc potuisset tractari: sed dedit hoc *du. praeses* nostro desiderio, quod *p. 2. ad diff. 1.* exposuimus. Et sane uix in uniuersa iuris prudentia argumentum, quotidie fere obuium, occurrit, maioribus implicitum ac tantum non obrutum difficultatibus:

Argumenti fructuarii 1) frequentia.

E

quam

quam nostrum, quod est de fructuum attributione. Neque enim solum hoc iure opus est, in emptione; locatione; possessione b. f. pignore antiebrarico; pactis de retrovendendo; fidei commissis; legatis; dotibus; dotalitiis, emphyteusi quae loca occurrunt in legibus Romanis, quae enumerant Ioan. KOEPPEN *part. 1. decis. 30.* & uir consultiss. THIELE *de iure sem. sect. 2. n. 3.* uerum etiam in causis, patriae fere propriis, utpote in fructuariis tutelis; in successione feudi & hereditate allodii; in precariis; maioratibus; salariis; retractibus gentilitiis; contractibus libellariis; precariis conductionibus, ceterisque rebus, quae Romano iuri aut prorsus incognitae aut a nostris aliquantum fuerunt alienae. Et sane publici, feudalis & civilis iuris haec argumenta sunt frequentia & grauiora, ad ut adeo cuiusque intersit, in illis esse cum iudicio uersatum. Accedit ingens iurium & doctorum uarietas & dissensus. Quod alii hic ius naturae urgeant; alii ius Romanum; plures iure feudali delectentur; nonnullis patriae instituta, Saxonica praesertim, in deliciis; multi sola rem conficere uelint consuetudine; magis demum sinceri aperte scribant, rem hanc certis destitui principiis & ad quaestiones pertinere uoluntatis, ut quicquid tandem senseris, defendere queas legum & Istorum auctoritate. Qui de his tricis dubitat, ille, uelim, consulat de hoc argumento CUIACIUM *lib. 4. tit. 50. de fructibus feudi*, qui fauet I. diuorrium id est l. 7. §. 1. ff. *soluto matrimonio dos quemadmodum petatur*, TIRAQUELLUM deinde *de retractu conuentionali §. 5.* & Rol. a VALLE *uol. 2. conf. 27.* qui primo in fructuarium duriores. Vtrumque iterum displicet MOLINAEO *tit. 1. consuet. Paris. §. 1. Horum. PISTORIS lib. 1. quaest. 24.* ex instituto, Ioan. KOEPPENIO *part. 1. dec. 30.* qui omnino sunt consulendi. Ab his quoque abeunt HENELIUS *de iure dotalitii cap. 8.* qui ceteris est instructior & MYLERS in *gamologia cap.*

2) granitas.

3) difficultas.

4) doctorum uarietas.

cap. 14. BOCERVS de fructibus rei alienae; BVSIVS in subtilita-  
 tib. iuris lib. 4. c. 13. 14. sibi inuicem iterum contrarii. FRIT-  
 SCHIVS in uol. 1. consilior. 11. Et 12. nihil quidem de suo addit, sed  
 tamen utrumque est de hoc argumento multiplex & uarium.  
 Mouit forte hoc Ioan. Perr. THIELIVM, ut denuo sub incudem  
 uocaret hoc thema atque illud reduceret ad principia, quibus  
 imbutus est, Cocceiana. Taceo alios, praesertim Hispanos, qui  
 instruunt magis hunc locum aliorum auctoritate, quam di-  
 sponunt conficiuntque. In quorum numero Io. COPVS, qui  
 de fructibus commentatus est ex instituto, porro MENOCHIVS;  
 TVSCHIVS; del CASTILLO; COVARRVVIAS & iuris promi-  
 condi alii generis eiusdem.

(dd) Vniuersim scribit GAIVS, *fructus pendentes pars fun-* L.L. Rom. fra-  
*di uidentur* l. 44. *fructus ff. de R. V.* imo *una res cum fundo* l. si *fructus pars fun-*  
 fraudator 25. *ff. pen. ff. quae in fraud. credit.* Quod sigillatim *di,*  
 hic de fructibus dicitur *agri & uindemiae* idemque *l. qui scit. 25.*  
*ff. 1. ff. de usur.* repetitur, ut accipi non possint de fructibus aliis,  
 quam *de pendentibus industrialibus.* Quoniam *de naturalibus*  
 minor est ratio dubitandi; *ciuiles* autem ante non debentur,  
 quam uenerit dies; *separati ac percepti* habentur instar rei mo-  
 bilis. Quae adserptiones, cum clarae sint, non opus testium  
 auctoritate. Neque hic *de iure seminis*; sed *de iure soli* praec-  
 cipitur.

(ee) Ex hac itaque Romani iuris philosophia, quod *fru-* Rom. iure  
*ctus fundi pars sint*, recte arguitur per *Cocceiana principia* a *fructus domi-*  
 THIELIO interprete *sect. 3. ff. 4. 5. sqq.* quod Romano iure fru- *no cedunt or-*  
 ctus domino cedant *ordinarie*; quod si cedere hi debeant alii, *dinarie,*  
 tum opus sit uel *facto* domini uel *legis* expressa dispositione;  
 quod, tempore fructuarii finito, statim fructus redeant fundi  
 domino, *exclusis* fructuarii *heredibus*; quapropter id uerum  
 sit instar axiomatis legitimi. Vt in leges Romanas peccent,  
 E 2 quot

quotquot & quam etiam multi sentiant ex aduerso. *Inductio*  
ne idem comprobatur ex omni genere iuris fructuarii.

non 1) heredi-  
bus usufru-  
ctuarii.

(ff) Ita, VSFRVCTV finito, fructus pendentes, etsi ma-  
turi sint, pertinere ad dominum soli, nec quicquam ad usufru-  
ctuarium. *L. 12. arboribus §. 5. ff. de usufr.* Iulianus disputat, *si*  
*fur decerpserit uel desecuerit fructus maturos pendentes, cui con-*  
*ditione reneatur? DOMINO fundi, an FRVCTUARIO? Et pu-*  
*rat NB. quoniam fructus non sunt fructuarii, nisi ab eo percipi-*  
*antur, magis proprietario conditionem competere. Fructuario*  
*autem furri tantum actionem.* Idem *L. 13. si fructuarius ff. quib.*  
*mod. usufr. amitt.* olea, quae sponte decedit, neque a fructuario  
percepta est, non eius est, sed domini ob causam eandem.

2) non condu-  
ctori.

(gg) Quamuis de colono, siquidem factio locatoris, uen-  
ditione rupta fuerit conductio, maxime disputent. Neque  
tamen huic, sed domino fundi fructus esse adscribendos, ex ra-  
tione patet iuris Romani. Eius enim generis conductori pro-  
spectum est, ut repetat mercedem agatque ad interesse, ut casus  
sunt in *l. 24. si in lege §. 4. ff. loc. cond.* & in *l. 32. qui fundum ff.*  
*eod.* Neque colonus messis dominus est antequam eandem  
perceperit. Inde Labeonis decisione *l. 60. cum in plures §. 5.*  
*ff. eod.* hac nititur ratione: *messis sustulisti, cum alienam esse*  
*non ignorares. Condicere tibi frumentum dominum posse & ut*  
*id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.* Idem fe-  
re *l. 61. si seruus §. 8. ff. de furtis* dicitur, quod fructus non co-  
lonis sint, uerum pars fundi solo cohaereant & sint fundi, id est,  
domini locatoris. Nam coloni ius domini incipit postquam  
fructus decerpti uel a fundo separati *l. 26. si apes §. 1. ff. eodem.*

3) nec heredi  
uassalli & em-  
phyteutae.

(hh) Imo, quod mireris, in ipsis feudorum rerumque em-  
phyteucarum fructibus eadem quondam ualuit ratio, ut illi  
cum fundo feudali ceu pars eius domino cederent uel agnatis,  
nilque uassalli heredibus relinqueretur *2. f. 28. sub fin.* Vsque  
dum

dum legis Romanae auctoritatem uicerunt ueteris Germaniae instituta.

(ii) In emtione uenditione fructus pendentes *emprouis* <sup>4) non uen-</sup> esse, decidit *l. 13. Iulianus ff. de act. empr.* his uerbis: *si fru-* <sup>ditori.</sup> *ctibus iam maturis ager distractus sit, etiam fructus emtori cede-* *re, nisi aliud conuenit, exploratum est.* Idem dicitur *l. 16. post C. eod.* ubi additur, satis esse uenditori, si impensae ipsi restitue-  
rentur. Quod etiam clari est iuris alias *l. 46. quod ff. de usur.* Easdem causas allegare potest *reempror* in pacto de retrouen-  
dendo. Quicquid dixerint scripserintque doctores ex aduerso. Quos Romano iure omnino improbamus, licet illis sub-  
sidio esse queat patriae consuetudo.

(kk) Licet quoque lecti fructus inter fiduciarum & fidei <sup>5) non fidu-</sup> commissarium heredes uelint diuisos: contradicit illis tamen <sup>ciario,</sup> *l. 42. Herennius ff. de usuris.* Ita enim ibi Modestinus respon-  
det: *fructus, qui post acquisitum ex causa fideicommissi domini-* *um ex terra percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere. Li-* *ces maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem praeteruisse* *dicatur.*

(ll) Non enim adparet rationis aliqua diuersitas, quare <sup>6) idem in</sup> emtor fundi ad dies uirae, si mortuus fuerit fructibus maturis, <sup>contractu ui-</sup> eos deferre debeat ad heredes. Quin certi potius iuris sit, <sup>ualitio.</sup> eodem resolutio iure emtoris, cum ipso fundo recidere ad uen-  
ditorem. Licet huic opinioni admodum contrarii esse soleant  
doctores.

(mm) Neque uiduae illustris heredes, Romani iuris ri- <sup>7) non debentur</sup> gore, aliquid de *fructibus pendentibus* accipient, quod <sup>fructus</sup> *regula* <sup>heredibus ui-</sup> *ueritatis aeternae, fructus esse partem fundi & redire ad domi-* <sup>duae in dota-</sup> *num soli, quod etiam agnouit HENEIVS cap. XI. §. 9. Quam-* <sup>litio.</sup> *uis ipse putet, durum hoc esse, si fructus iam sint maturi aut a*  
*maturitate non multum absint* *RAYCHEAR lib. 2. quaest. 22. n. 19.*

Quod tamen in utroque non temere reprehendit MYLTERVS *Gomolog. c. 14. §. 15.* Nam maturitatis causa Romanae leges necquicquam abeunt a regula semel praescripta, quod *fructus fundi pars sunt.* Quod offendere licet in *l. 13. Julianus §. 10. ff. de act. emt. & l. 42. Herennius ff. de usuris.* Licet olim dubitauerit Labeo *l. ult. §. pen. ff. quae in fraud. cred.*

Impensas fructuum restituit dominus.

(nn) Omnium clarissima est *l. 36. si a domino §. ult. ff. de heredit. petis.* his uerbis: *Fructus intelliguntur deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum, conseruandorumque eorum gratia fiunt.* Quod etiam uerum est in praedonibus. Idem confirmant *l. 7. fructus pr. §. §. fin. ff. soluto matrim.* atque *l. 46. quod ff. de usur.*

Germani fructus adiudicant non fundo, nec semini: sed operis.

(oo) Germanorum instituta fuerunt haec. In fructuum *industrialium* attributione neque ius *fundi* aut *soli* esse attendendum neque subtilitatem iuris *seminis*, quod etiam improbat *l. 25. qui scit. ff. de usuris.* Verum quando *industriales* fructus hominum *industria*, non bonitate uel soli uel naturae producantur: aequum etiam fore, fructus illi cedere, qui in operis praestandis *industriam* suam absoluisse. Accedit, quod in *Germaniae* oris haud dubie solum minus foecundum sit, quam in *Latio*, ideoque frequentiore etiam, quam ibi, requirat culturam: ut Germani utriusque causas haberent, plus dandi operis, quam pretio agrorum in fructuum attributione. Ita enim *SPECVLATOR SAXO lib. 1. art. 58.* decidit: *Des Mannes Saat,* die er mit seinem Pflug würcket, die ist verdient, als die Erde darüber geht, und des Gartens, als er gerodet, gesäet und geharcket ist. Ob ein Kind zu seinen Jahren kommt ehe dem Tag, da das Guth am Leben verdienet ist, es soll den Zins daraus nehmen. Hat es aber seine Jahrzahl erst nach dem rechten Zinstag, das Zinsgeld nimmet es nicht. Das Guth verleurt es aber dardurch nicht. Dis rede ich darum. *En causam responsi, quae fructuaria*

Verba iuris  
SAXONICI  
1) uetustioris.



tuaria tutela. Dann arbeitet ein Herr oder ein Mann (tutor siue dominus siue agnatus) von seiner wegen Garten oder Baumgarten oder Weingarten, und beschicket sie bis auf St. Urbans-Tag d. 25. Maii.) so nimmt der Lehenherr (idem de agnato iudicium) die Frucht herab. Hat auch der Herr lassen säen des Kindes Land, ehe es sich bejahret, er behalt die Saat (Ernde) mit Rechte. Aber nicht die Stuppeln, noch die Weinstauden, wenn sie stehen in der Erden und seyn zu den Weinstäben gebunden. Jahret sich aber das Kind vor dieser Zeit, der Herr hat verlohren seine Arbeit (qui hoc intelligatur de impensis, quae restituendae), die er an das Guth geleyet hat, und das Kind gilt die ihm nicht. Idem lib. 3. arr. 76. de marito herede mulieris in fundo, quem aratro subduxit: Nimmet ein Mann eine Wittwe, die eisen oder Lehen- oder Zins-Güther zur Leibzucht hat. Was er also in dem Guth mit seinem Pflug arbeitet, stirbt das Weib, ehe er was besäet, er soll es vollends arbeiten und säen und auch abschneiden, Zins und Pflcht aber solle er davon geben. Stirbt aber die Frau nach der Saat, als die Egde das Land bestreichen hat: die Saat ist ihres Mannes und er ist niemand davon Zinsen pflichtig. Idem suo post iudicio firmavit Saxoniae elector <sup>2) electorals.</sup> AUGUSTVS pars 3. constit. 32. ff. 2. his quidem verbis: Nach Sächsischen Lehn-Rechten aber, was die Egde bestreichen hat und unterbracht ist, bey Leben des Verstorbenen: Solches, weil es des Verstorbenen erworben Guth, auch bey seinem Leben beschickt worden, folget und bleibet den Erben. Welches auch statt hat, da gleich die Lehn-Güther den Frauen zum Leibgeding vermachet. Also auch, da ein Garten bey des Verstorbenen Leben gerodet, gesäet, geharcket, folgen die Garten-Früchte den Erben. Gleichfalls da ein Weib liegende Gründe hat und verstirbet nach der Saat-Zeit, so behält der Mann die Früchte. Neque est, quod iuramque constitutionem ad feuda restringendam esse perhibeas,

beas, quoniam illa uerfetur in iure correctorio aduersus leges Romanas. Nam primo ratio patrii iuris est generalis eademque in usufructuarium fructibus pendentibus defitui, quam uasallum, quia ultimi iura maiora sunt, quam primi: praeter ea ipse SPECVLATOR etiam de allodio regulam uult intellectam lib. 3. arz. 76. post fallit regula in uetustioribus patriae institutis, quod illa restricta sint & correctorii iuris facta, ex quo postea receptae fuerunt in Germania leges Romanae, quod du. praeses monuit ostenditque *differt. 1. different. 1.* Taceo interpretationem usuaem, quae in scholis curiisque ad hanc regulam pariter exigere solet allodia, testibus ZOBELIO *part. 3. diff. 27. n. 1.* & REINHARDO *part. 6. diff. 11.* CARPZOVIO *part. 3. const. 32. def. 5. n. 5. 6.* & de usu iuris Saxonici communis STRVUIO *exercit. 12. nb. 18.* RICHTERO *dec. 56. n. 4. 5.* Ceterum qui SPECVLATOR Saxo lib. 2. arz. 58. ad uineas quoque idem extendat ius, propterea possis requirere, quod Saxoniam aeuo, quo ille scripsisse fertur, scimus fuisse *inuineam*. Festum *S. Urbani* allegat speculum, post quae tempora uuae cedant heredibus cultoris *loc. cit.* Signant uero Saxonici Icti *diem xxv. mensis Maii (\*)*, quod ille euangelicis notus magis sit, quam fasti & calendaria sanctorum. Ita CARPZOVIVS *part. 3. const. 32. def. 8. n. 8.* & ante illum HART. PISTORIS *lib. 1. quaeft. 24. n. 93.* & BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 63.* Quod extra Saxoniae electoratum sententia forensi confirmat RICHTER *decis. 56. n. 5.* eumque sequitur hic STRVUIVS *exercit. 12. nb. 18.*

3) communis  
hodierni,

etiam in ui-  
netis.

(\*) Nescio egomet, qui factum sit, quare omnes Icti Saxonici pro die festo *S. Urbani* habeant *xxv. Martii*, cum tamen *Maii* mensis dies *xxv.* sanctus sit huic antistiti. Sed glaucoma oculis eorundem obduxit RICHTERVS *decis. 56. n. 5.* quem, ut fieri solet, caeco gressu sunt sequuti. Error est, quem facilius errauerit doctor, quam agricola.

eb. 18. Vnde frustra CARPZOVIVS pars. 3. c. 32. d. 8. n. 11. ait: concesserim tamen, aliud dicendum esse in provinciis Thuringiae, ubi tempus der Kuxern ex longo intervallo sequitur festum Verboni, per sex scilicet hebdomades aut circiter. COLERVS enim, quem ibi citat, part. 2. de process. execut. c. 3. n. 303. loquitur tantum de statutis Ienensibus sigillatim, quae postremam adhibitam esse curam, uolunt, die Kuxre, nec quicquam de cetera Thuringia RICHTER decis. 56. n. 5. Quae cum ita sint, causam non habet v. c. THIELIVS, quare sect. 4. §. 6. perhibeat, Saxonici doctoribus ea in re non conuenire.

(pp) Saxonica instituta etiam, praeter Saxoniam, sequuntur provinciae aliae. In Porussiae regno loquitur Landr. lib. 3. tit. 3. §. 10. 11. Diemeilen das Sächsische Recht ein anderes eingeführet, wollende, daß dasjenige, was die Egde bestriehen, zum Erbe des usufructuarii oder zu der Frauen Leibgeding gehören sollte, und solches auch der Billigkeit nicht ungemäß, als lassen wir es dabey bewenden. Und solle hinführo demselben nach in unsern Ober- und Unter-Gerichten also gesprochen werden. Addo regalem constitutionem in ducatu Magdeburgico, quae est haec (a): Taceo consuetudines & statuta, Saxoniae uicina; quoniam, si BVSIO est fides ad l. defuncta 58. n. 7. ff. de usufr. F ipsa

Porussici iuriscum Saxonico concentus.

Magdeburgici,

(a) Nachdem Seine Königl. Majestät in Preußen, Unser Allergnädigster Herr etc. Den 8. 37. und 56. aus dem 44. Capitul der Magdeburgischen Policey-Ordnung vermittelst derselben an Dero Magdeburgische Regierung unterm 26. Sept. jüngsthin abgelassenen Allergnädigsten Rescripts, dergestalt declariret, daß in Dero Herzogthum Magdeburg und Graffschaft Mansfeld Magdeburgischer Hofort, dasjenige was die Egde vor des Vasalli Tode bestriehen, zu dem allodio, und also des verstorbenen Land Erben gehören, auch hinfühstig bey dergleichen Begebenheiten darnach jedesmal gesprochen werden solle; Als wird Ex. Königl. Majestät hierunter führende allergnädigste Intention und Willens-Wehnung hiermit zu eines jeden Wissenschaft gebracht.

Urkundlich unter dem Königl. Preussischen Regierungs-Secret des Herzogthums Magdeburg. Sehen Halle den 21. Octobr. 1710.

& cum  
Transilolano.

ipsa Transilolanis provincia in fructibus attribuendis sequitur has regulas iuris Saxonici. Cuius loci nos admonuit HENNELIVS c. XI. de dotal. § 4. p. 41. ex eoque THIELIVS sect. 4. n. 4.

Lex Saxonica  
liberata ab  
iniquitate.

(XX) Isti praesertim humaniores summopere in haec Saxonum instituta inuehuntur. *Principio* existimant, absurdum esse, quod rem, quae nondum sit, futuros nempe fructus, idque ob rem, quae pereat, id est, semen, quod uertatur, tribuant ei, qui dominium amisit. *Resp.* Vtrum fructus lateant in semine, quaestionem esse candore Germanorum subtiliorem. Quibus vitio dari non possit, quod huic nihil dederint philosophiae. *Deinde* in nimio propterea hic peccari credunt, quoniam Romani fructus ne quidem *maturos* & frumentationi proximos negauerint fundi domino, tantum abesse, ut negari possint, qui uix sint nati. *Respond.* De maturis ipsos etiam ICtos Romae dubitauisse, *L. si fraudator §. per ff. quae in fraud. credit.* Vtrum illi recte heredibus fructuarii negentur. Verum plus roboris dederunt Romani regulae, quam exceptionis aequitati. Taceo soli, operarum, saecunditatis discrimina in regionibus Germaniae & Latii. In locis certe innumeris patriae nostrae experimur & olim magis experti fuerant maiores nostri, quod fructus multoties uix operis, stercorationibus & semini respondeant, tantum abest, ut superent illa toties, quoties sperare licet in regionibus transalpinis. Accedit, quod Itali in cultura agrorum seruis usi sint plerumque, Germani uero in agricultura famulos habeamus mercenarios, quorum stipendia itidem pretia augent operarum & agriculturae. Et, quod potissimum est, Italiae agri in tanta hominum opulentissimorum multitudine in magno pretio fuerunt, ut adeo soli domino plus dandum esset, quam eius cultori: contra in tantis Germaniae desertis agrorum quondam pretia

pretia uilissima. Ut in medii aevi catastrois, inueniamus, eosdem saepius hominibus gratis aut pro uilissimo canone datos esse, ne cultoribus destituerentur. Quae omnia eo faciunt, ut causas intelligamus, quare colonaria Germanorum iura a Latinis, in fructuum attributione fecerint secessum, & qui Romani praetulerint soli dominum, quem nos posthabemus operarum cultori. Et sane, si uerum est, quod HUBERVS aduersus Vinnium & Bachonium tuetur *lib. 4 digress. c. 23.* ipsos etiam Romanos, *culturae* ergo fructus adsignauisse b. f. possessori: nemo miretur, magis idem in ius fuisse apud Germanos. Quae Hugo GROTIUS *lib. 2. o. ff. f. 22.* pro communione fructuum inter dominum & soli & seminis disputat reponitque PVFENDORFIUS *lib. 4. c. 7. ff. 5.* pro soli domino: illa parum hic adferunt momenti. Quia disputant primus de iuris, alter fere de consilii rationibus, utriusque modo a republica abstracto. Quod nostri non est instituti.

(qq) Scilicet in Marchia BRANDENBURGICA est hoc admodum singulare: quod temperet haec quodammodo triplicia hic iura *ciuilia, Saxonica & feudalia.* Habet enim, instar iuris CIVILIS, pendentes fructus pro parte fundi; nisi *maturo* fere sint propiusque accedant ad *messum*, quod fieri putant a medio mensis *Iulii* ad medium *Augusti* mensis. Intra quae tempora si fructuarius moriatur, fructus pendentes non pars fundi sunt & solo cedunt, uerum heredibus attribui debent fructuarii, instar iuris SAXONICI. Et cum haec instituta *mensibus* alligentur, in eo iura imitantur LONGOBARDICA. Recitabimus hoc sine uerba DIRSTELMEIERI *part. 3 tit. 3. ff. 7.* quae aliorum industriam, ut in iuris Marchici aliis plerisque, ita etiam in hoc argumento excitarunt. Sunt autem haec: *Circa fructus post mortem uasalli in fundo feudali stantes (pendentes) hic in marchia recepta est consuetudo. Ut, si uasallus*

Leges Marchiae Brandenburgicae in fructuum attributione a medio Iulii ad medium mensis Augusti.

*moriatur* I) in der Neumarcß & tractu Stolpen post LAVRENTII (id est die x. Aug.) II) in der Mittel-Marcß und Prignitz post MARGARETHAE (id est die XIII. Iulii) III) in der Altneumarcß post IACOBI (id est die XXV. Iulii), tunc fructus adbus stantes (pendentes) so im Felde stehen, oder am Stecken hangen, dergleichen Fische in den Teichen, *perrinent ad heredem allodialem*. Sin vero *moriatur ante istos dies, tunc fructus censentur pars fundi & perrinent ad feudi successorem*. Neque tamen adeo superstitiosos fuisse, existimo, festorum dierum terminos, ut potius regulae in his casibus ualuerint, quae parum differunt, nihil differunt & modicum non curare praetorem ad. ad l. 4. ff. de in integr. restitut. & l. 9. §. 5. ff. de dolo malo. Quapropter mirum non est, Scabinos BRANDENBURGENSES fructus addixisse in feudo allodialibus haeredibus, licet uasallus mortuus sit x. Iulii triduo ante diem festum Margarethae. Sententiam ipsam habes apud SCHEPLITZIUM ad *promptuarium Clammeri tit 3. n. 23.* his uerbis: Sprechen wir Schöpffen beyder Städte Brandenburg zu einer Belehrung des Rechts etc. da im Iulio dieses Jahres eurer Haus-Frauen Vater in dem See todt gefunden worden; so seyn euch nunmehr alle Winter- und Sommer-Früchten ins Erbe heimgefallen. Und ist der, welchem das Schulzen-Gericht B. E. D. zu angefallt gegeben wird, derselben Früchte sich anzumassen, nicht befugt. B. N. W. Die 23. Sept. 1592. Quod cum ita sit, recte iudicat KOEPPEN *decis. 30. n. 45.* quod ideo non opus Marchiae isto, ut sollicitus sit circa explicationem 2. F. 28. §. *bis consequenter*. Errare enim Scheplitzium existimo, quod ipse, ex sententia Brandenburgensium Scabinorum arguere uelit, in Huelbergenfi tractu obtinere ius feudale commune: quando ei sententiae alias causas dedimus, quam ex 2. F. 28. Ut adeo, nostro iudicio *uir cl. THEIELIVS causam non habeat, quare sect. 4. §. 7. ipsi uelit*

lit subscribere. Verum satis de his, cum idem argumentum plenius tractent KOHLIVS ad *cons. March. quaest. 9. n. 9.* MÜLLER *Resolut. 74. n. 11.* his contraria in Marchia Brandenburg. habet SCHRADER. 2. *part. 9. part. sect. 3. n. 100. 141.*

(XXX) Facilius est ad defendendum Marchiae haec consuetudo. Nam propius accedit ad rationes iuris Romani. Non *seminis* tantum aut *operarum* causa, fructus separat a dominio soli: uerum ob *maturitatem* & *frumentationis* accedentem proximam spem. Quod si igitur ulla ratione Saxonica legem tuti sumus: multo magis ualebit haec ipsa in laudato Marchiae instituto. Accedit *primo*, quod ipsis Latii Ictis aqua haerit, si fructus maturi iam essent morte fructuarii, utrum eius negari possent haeredi *l. si fraudater ff. pen. ff. quae in fraud. cred.* Vt mirum non sit, eadem uestigia reperiri in Germanis. *Deinde* uulgi sermone dicitur, quod paulo ante tempus sit factum, id factum esse censeatur in tempore, HENNEL *cap. 11. dotal. ff. 9. p. 423.* SPRENGER *de medico c. 7. num. 1.* Facilius itaque dari possunt tribuque fructus instantes illi aut eius haeredibus, qui illos mox colligere poterat & de fundo separare. Porro antequam ad maturitatem peruenere fructus, casus esse queunt plures, quo illi possunt amitti ac disperdi. Quapropter fortunam quodammodo emit dominus soli, impensas operarum & seminis soluendo, ut minus ei lucrum possit inuideri. Contra se res habet, si fructus iam colligendi omniaque constituta sunt in uado & quae rationes generis eiusdem. Inprimis autem si illi loco alimentorum & spe quadam ita praecepti sint, ut contractum inde sit aes alienum, aut si onera praestanda fuerunt & soluta sunt intuitu eorundem: grauius certe est, bonis, tam diu expectatis, repente & casu uix praeuiso destitui. Quibus causis plures etiam Germaniae Icti permoti sunt, ut in hoc argumento Marchiae principiis uterentur,

Venedorum  
lex ab iniquitate liberata  
in fructuum  
attributione.

rentur, non ex legislationis auctoritate, sed propter solam uim rationis. TIRAQUELLVS *de retroct. ff. 1. gloss. 7. n. 44.* RAVCHBAR *part. 2. quaest. 22. n. 19.* Quicquid ex aduerso disputet sentiatque MYLERVS *c. 14. gamol. ff. 15. p. 388.*

Fructuum  
attributio  
FEVDALIS  
a Martio  
mense ad Au-  
gustum.

(rr) In iure quidem feudali textus est notissimus, tot uero irretitus difficultatibus, ut eluctari nequeas, si duci uelis ab interpretibus. Locus occurrit 2. F. 28. ff. *Hic consequenter.* Verba sunt, quae sequuntur: *Si uasallus decedat sine haerede masculo & feudum ad dominum reuertatur, sic distinguitur. Quod si ante MARTIUM, omnes fructus illius anni ad dominum pertinebunt. Si uero post kalendas Martii usque ad Augustum: omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad haeredes uasalli pertineant. Si uero post AVGVSTVM, omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocumque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus (ex decreto iuris Romani) ad dominum pertinere.* Nemo, opinor, hanc legem intellectu dixerit difficilem, qui legerit eandem animo non occupato alicuius interpretis commento.

Interpretum  
de 2. F. 28.  
sensus multi-  
plices.

(ss) In quatuor fere partes abeunt I&ti, qui huius legis inquirunt momenta. Alii enim *vident* eandem ac prorsus improbant: alii *duram* habent, tolerant uero: alii medelam illi adferunt, aliter eandem *explicando*: paucissimi sunt, qui *rationes* eius adsequuntur, quibus possint subscribere. De singulis dicemus aliquid, sed non nisi per summam. *Principio* exhibilant legem, illorum iudicio, brutam & alienam ab omni ratione *Er. HOTTOMANNVS* ad 2. F. 28. ff. *si ante Martium p. 441.* qui uerbis scribit, quae sequuntur: *Vitia sunt in hac feudiferum disputatione quamplurima. Primum ambiguitatis, quod in hac graui & quotidiana controversia nihil constituti iuris habent ac non tantum perplexa, uerum etiam repugnante & contrarie respondeat.* Nam si usufructus feudi ad uasallum perti-



pertinet, ut dictum 2. F. 23. §. fin. quid ita regulam ueterem non sequimur, quae in paribus causis paria desiderat iura. Constat autem, ut quocunque tempore moviatur usufructuarius, omnes perceptos fructus heredi relinquat; pendentes uero & stantes ad proprietarium, etiamsi fructus sint maturi l. 25. §. 1. ff. de usur. l. 12. §. 5. de usufr. Et mox: quare, quae sola sententia hoc casu repudiatur, ea sola mihi probatur: ut quocunque anni tempore uasallus decedat, omnes & stantes & pendentes fructus ad dominum pertineant: qui uero percepti sunt, ad uasallum. Idem fere iudicium aduersus hanc legem produnt alii. CAIACIVS lib. 4. feud. tit. 30. ait: quicquid dixeris senserisque hic, proportio non est aequa; melius igitur est, sequi legem diuortium & fructus omnes pendentes & perceptos diuidere pro rata anni. Neque mitior hic iudex MOLINAEVS ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 8. n. 11. p. 112. quod uerba eius ostendant, quae sunt haec: praecedens (in §. his consequenter) distinctio (pro mensium diuersitate) est falsa in iure & irrationabilis. Nec potest obtinere, nisi sicubi inoleuerit talis consuetudo localis. Quae tamen in aliis locis minime est curanda. Idem DID. COVARRVIAS lib. 1. resolut. tit. 15. in fin. Taceo nomina Istorum ueteranorum BALDI ad §. hos consequenter; ISERNIAE ad eandem §. col. 2. aliorumque. His mitiores sunt, qui perhibent, legem, quamuis duram, legem tamen esse ideoque non ob rationis uim, sed auctoritatem legislationis obligatoriam. Neque enim in ipso iure Romano omnium dari posse rationem l. non omnium 20. ff. de LL. His accedere, quod feudorum instituta pro fundamento habeant consuetudinem & quidem gentium, ab animi cultura alienissimarum, ubi mores nequeant ad examen exigi subtilioris philosophiae. Ita FRID. SCHENCKIVS lib. 3. tit. 6. n. 2. de comoda ratione desperat. Restat, inquit, ut cum Ista dicamus, non omnium, quae a maioribus constituta, ratio-

causam  
de  
causam  
de  
causam  
de

causam  
de  
causam  
de  
causam  
de

2) Legem dicitur esse durissimam.

uens



nem reddi posse & cum BALDO conf. 276. part. 5. praedicemus, sed strictam consuetudinem. Apertus etiam hic *Vdalr. ZASIVS part. 10. feud. n. 109.* post enim, quam aliorum sententias recitasset, ita perorat: *Multa in hoc titulo dici possent. Sed dum omnia sequi conamur, nihil adsequimur.* Taceo alios. Plerique tamen legem hanc adiuuare uolunt *explicando*: ne scilicet sine ulla eam ratione dimisisse uiderentur. Dicitur non potest, quam hic multiplices Isti & uarii sint, ut adferere non audeam, me ex innumeris fere opinionibus hic alteram partem congesse. Licet in *ueteris, medii & recentioris* aequi doctoribus euoluendis nullis egomet pepercerim operis. *Principio* I) sunt, qui *ultima* legis uerba primis uelint praelata. Idque propterea, quoniam *feudista* ultimo eadem loco referat, imo res ipsa tum accedat ad iuris Romani harmoniam, quod ipsis controuersis feudalibus non raro succurrat. Ita sentiunt BACHOVIVS *ad Treuul. uol. 1. disp. 16. thes. 9. p. 640. 641.* sententia 2. F. 28. est *iniqua & insubtilis quaeque a iure abit & ratione.* Et ideo fortassis dicendum, sententiam illam in iure feudali referri magis, quam probari, cum praesertim *subiiciatur alia sententia, quae fructus pendentes domino tribuit, quae iure Romano adiuuatur.* Idem ante cum ISERNIA in *cap. 1. §. quis uero de pace un. COVARRAVIAS lib. 1. resol. c. 15. n. 14. VALASCVS in partit. c. 22. n. 5. & MOLINEVS tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 1.* De forensi etiam usu testatur SANDE *ad consuet. Geldr. tit. 2. c. 5. §. 1. n. 5.* his uerbis: *estque haec explicatio, nostris moribus recepta.* Retinent deinde primam sententiam alii eamque tueri audent rationibus hermeneuticis. Sunt, qui existimant, uoluisse hic feudistam annum diuidere eiusque primam partem semestrem a Martio ad Augustum hereditibus uasalli tribuere; alteram uero a Septembri ad Februarium domino aut successori feudali. ALVAROTTVS *ad 2. F. 28. uerf. sed*

3) uulneratae legi medela ex sensibus interpretum.

a) quod 2. F. 28. §. conf. ualeat sententia non prima, sed ultima.

b) quod una pars anni hereditibus danda sit: altera successorii feudali.

*sed ego. cum eoque SCHNEIDEWINVS part. 2. feud. c. 4. n. 26. Quae proportio arithmetica sit, nilque ideo habeat iniquitatis, quod spatium semestri cuique attribuatur. Cetera ludibrio mortis tribuenda & uasallo, intempestiue mortuo tribuendum esse, quare non opportuniori & magis quaestioso obitu heredi suo uoluerit prospicere. Sed cum mors ad tales que uelas minus attendat, aequi bonique consulendum esse, quicquid olea attulerit. Ita fere ludit FORCATVLVS in comment. feud. c. 8.*

*n. 24. Ad Siculas pertinet gerras, quod dicunt nonnulli, feudistam ideo a Martio mense auspiciatum esse fructuumtributionem, quia mundus Martio mense creatus sit propter herbarum & florum pubem, Raph. CVMANVS conf. 99. col. 2. ff. ad ult.*

*INTRIGIOLVS de feud. quaest. 57. n. 66. Maiorem speciem habet illud. Propterea tempora aestiua data fuisse uasalli haeredibus. Quod Martio mense miles, in quo numero sit uasallus, facere impensas debeat ad militarem adparatum. Atque ad has compensandas fructus pendentes instar allodii habitos esse, ne feudaliu seruitiorum ergo eius disperderetur alodium ALEXANDER ad l. diuor. principio ff. soluto matrim.*

*Mart. LAVDENSIS lib. 3. feud. tit. 6. n. 1. 2. p. 564. Propius ad rem accedit SONSECVS part. 10. feud. n. 10. 11. ubi causam, quae illi probetur, recitat hanc: Et ratio est, quia in Martio semina prouici in terram plerumque incipiunt & fructus pupulascere & nasci, si qui ante sati sunt. Cuius ratione sibi uasallus statim ius acquireret ad Septembrem, quasi semel coepitum deberi. Aliqui ita diuinare uolunt. Respexisse feudistam ad*

*l. 58. defuncta ff. de usufr. ubi pariter quaeratur, utrum fructuariae heredi pensio danda, licet ante Martium illa decesserit. Quos scrupulos remouet HOTTOMANNVS ad 2. F. 28. uerba: si ante Martium. Quid quod? coniecturae sint, cum Martio mense portio canonis fundorum priuatorum reipubli-*

c) quod orbis  
conditus Mar-  
tio mense.

d) quod a  
Martio mense  
opus sit ca-  
litrensi adpa-  
ratu.

e) Martio  
mense fructus  
pullulascant.

f) respexerit  
feudista ad l.  
58. ff. de  
usufr.

g) ex l. 19. C.  
Theod.

h) quod anni  
finis Septem-  
ber.

cae fuerit soluta, quod patet ex l. 19. C. Theod. de excof. feudif-  
tam intuitu canonis a uasallo tum praestiti, heredi illius fru-  
ctus assignauisse. Ad extremum ad eorum fastorum hic rati-  
ones respici putant, ubi annus decem mensibus absolutus  
eorumque primus fuerit *Marsius* indeque a septimo numero  
adpellatus September, qui uero aliis anni totius audit ultri-  
mus. Quapropter 2. F. 28. uasalli haeredibus omnes fructus  
adsignentur illius anni, in quo uasallus decesserit; uerba au-  
tem, *si post Augustum mortuus sit*, id tantum uelle, putant,  
quod fructus, qui in sequenti anno demum maturescant, licet  
in priori acceperint culturam, non uasalli haeredibus cedant,  
sed domino fundi aut successori feudali. Ita fere ALVAROT-  
TVS; LAVDENSIS; SCHNEIDWINVS; ROSENTHAL c. 10.  
concl. 42. n. 8. innumerique alii, quod aliud non uideant reme-  
dium, conciliandi textum aequitati ac sanae rationi. Verum  
fatis est opinionum. A quibus abrumpo, ne stomachum mo-  
ueam lectori enumeratione commentorum, quibus Icti hanc  
legem misere lacerarunt.

2. F. 28. §. his  
consequenter  
noua prorsus  
APOLOGIA.

(tt) Egone autem primus sim, qui huic legi medicas af-  
feram manus aequitatemque illius tuear aduersus iudicia alio-  
rum praepostera & peruersa. Scilicet primo illud adsero,  
feudistam in fructibus feudi, uasallo liberati, a iuris Romani  
ratione fuisse alienissimum, qua fructus cedere debeant domi-  
no soli. Illud ex ipsa textus 2. F. 28. ff. *his conf.* clausula patet,  
ubi regula iuris Romani habetur, necquicquam uero adpro-  
batur. Deinde radicem & fundamentum legis feudalis non  
in Italia natum, sed in Germania. Vbi hodieque instituta  
uigent in Saxoniae aliisque curiis, his similia, de quo supra  
*diff. 1. l. 1. 00. & 99.* Scilicet in fructuum attributione maioris  
semina & operas habendas esse, quam loci ac soli dominium.  
*Post non inceptas operas in hoc argumento sufficere: uerum*  
requi-

requiri perfectas & absolutas: praeterea menses Martium & Augustum limites esse, in attributione fructuum, iuri huic omnino concinnos. Atque in hoc ultimo nobis opera nunc ponenda est. Hic rhodus hic salta. Scilicet illi etiam Isti, qui aliis in hac causa fuerunt magis acuti & perspicaces, hoc tamen explicare nesciuerunt, quare fructus post Augustum mensem domini sint aut successoris feudalis, non heredum uasalli, licet hic in his colendis tot mensium posuerit operas.

Exemplum unicum in primis urgent, quod est de uindemiis. Fieri enim non posse, existimant, ut hoc tempore maturescant uuae. Quae ideo relinquendae essent domino, perditis uasalli operis impensisque. SONSBECVS part. 10. feud. n. 1. p. 165. ita iudicat: *quod tamen non obtinet in uuis & oliuis. Quae mense Septembri uix tum aliquando maturuere. Sed tamen in his quoque uasalli heredes etiam post Septembrem succedere puro ab rationem eandem. Gnauius Marz. LAVDENSIS lib. 3. tit. 6. p. 565. 566.* hic philosophatur: *Si intelligeres, quod si uasallus decederet post Augustum, uindemia sit domini, non posset stare & ueniret magna iniquitas. Si enim uasallus toto anno uineam & oliuas coluisset & moreretur, quando iam nunc esset colligenda, quod heres suus priuaretur ea. Cum tamen non priuaretur, si tempore, magis a uindemia remoto, decessisset minusque in eius contrulisset culturam.* Accedit, quod Itali sic scribant, haud dubie loci ac coeli in Longobardiae oris admodum gnari. Praeterea cum reditus Italiae ex uino alios fere omnes uincere soleant: eo iniquius actum esse, uidetur cum uasallo, si heres eius hoc fructus genere destituatur. Verum enim uero rationes eruendae nunc sunt, quae liberant textum ab omni reprehensione. Scilicet primo nos l. 2. C. de feriis docet, quod uuae in Italiae regionibus colligi possint mense Augusto, imo, quod colligi tum debeant, quia non

Oppositio I.  
tempus uindemiae post Augustum:  
durum ergo, post fructibus destitui uasalli heredem.

Repositio.

Uuae colligi possunt etiam in Augusto, quod dicit

a) Lex 2. C.  
de feriis

quae non Cae-  
saris R.  
Sed in Longo-  
bardia R.  
Theodorici.

b) feriae uln-  
demiales apud  
Senecam.

alio fine princeps subditis illo tempore concessit *ferias uindemiales*. Exscribam uerba legis, quae sunt haec: *A decimo kalendarum Septembris* (id est die XXIII. Augusti) *usque in idus Octobris uindemialis feria concedatur*. Accedit, quod haec lex, quamuis Theodosii nomen ferat, illius tamen non sit, cum ob styli barbariem, tum ob adsignatum ei ordinem, quodque in uetustioribus exemplis desideretur, *ALCIATVS in pareg. iuris lib. 6. c. 9.* Quapropter recte eam ex Iustiniano codice expunxit deditque Theodorico, Gothorum regi *CVIACIVS de praescr. diuers. temp. c. 13.* Cuius etiam coniecturam non solum litterae firmant initiales, quae fallere alios poterunt, ut *THEOD.* legerent *THEODOSIUM*, cum legere debuissent *THEODORICUM*: sed etiam huic consentiens Gothicum institutum in codice *WGOth. lib. 2. tit. 1. lege XI.* quamuis temporis adsignatio aliquantum sit diuersa. Ad messem & uindemiam, *ferias, iudiciariam curam relaxauisse*, testis etiam est *MINVTIVS Felix* mox ab initio. Sed his *Iulium & Augustum* menses ibi tribuit *OVZELIVS*. Ut adeo *SENECA* in uita *Claudii* utrasque uideatur uoluisse & *messuas & uindemiales*, quando industriam *Claudii* iudicis ita describit, quod in feriis generis neutrius habuerit iustitium. Ita enim *Claudius Herculem* alloquitur: *Ego te, Hercules, speraui tibi adfuturum apud alios. Nam, si memoria reperis, ego etiam, qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus (feriis) mense Iulio (messiuis) & Augusto (uindemialibus). Tu seis, quantum illic pertrulerim, quum causidicos audirem. In quos si incidisset, maluisses cloacas Augiae purgare. Multo plus ego stercoris exhausi.* Adde, si lubet, *Petr. PITHOEVMI aduers. cap. 20.* Quod si igitur *uindemiales feriae* celebratae sunt mense Augusto, non uideo, quo iure quis *uinae* fructus negare possit heredibus *uasalli*, demortui etiam post eius mensis exitum. Si quidem  
reli-

religio ipsi sit, a 2. F. 28. §. bis cons. uel latum unguentū recedere. *Sed urges?* tempus tamen hoc, teste experientia, nimis esse praematurum. Cum uuas hodie Itali uix colligere soleant ante medium Octobrem. *Repono.* Vitium quaerendum esse in calendariis Romanorum, de quibus, nostri quidem argumenti causa, querelam mouit Caësar apud SVETONIVM c) calendariā corruptissima cap. 40. in uita eius. *Iam pridem*, ait, *uitio pontificum per intercalandi licentiam, fastos adeo turbatos: ut neque messum feriae oestari neque uindemiarum autumno competere.* Haud dubie igitur legislator feudista tempore uixit, quo Augustus mensis in calendario nominatus est iusto serius. *Deinde sufficit*, quod uuae sub exitum Augusti in Italia maturae sint colligique possint. Iuri enim eorundem nihil obest, quod alii differant uindemias diutius, ut uuae acerbitatem ponant tractuque temporis quodammodo mitigentur. Quorsum faciunt PLINII querelae *lib. 18. c. 31. uindemiam antiqui nunquam existimauere maturam ante aequinoctium: iam passim rapi cerno.* Cum igitur & ipse textus 2. F. 28. §. bis cons. ex moribus desumptus sit, qui iuerunt in consuetudinem; feudistae eo minus ad fingendum est, quod uuis uinoque destitutum uoluerit uasalli haereditatem. *Alterum* dubium grauius est: sed leuius dissolutum, quamuis ante nos nemo fuerit, qui hic non esset mutus. *De fructibus hybernis* fuerat dubitatio, cui deum illi essent tribuendi? Sit enim mense *Octobri* uel *Novembri* ideo fruges seri, ut altero anno in aestate maturescerent. Num uasalli haeres accipiet inde natos fructus, an uero dominus? Non *primus*, quid si enim uasallus mortuus si mensibus *Novembri*, *Decembri*, *Ianuario*, aut *Februario*, quibus mensibus illius haeredi fructus negantur: neque *alter*, quia ipse operas non fecit, quae Germanico iure comites habent fructus. *Repono.* Salua res est. Nam *lis* hic de lana *caprina*. Repono.

Oppositio II. destitui haereditatem uasalli fructu hyberno der Winterfaat.



Italiae solum  
a fructibus  
hybernis alie-  
num,

Itali quippe non gaudent fructibus hybernis. Italia enim nimo calore infecta illos neque exigit neque fert. Non *primum*, quia fere omnia fructuum genera spatio ibidem trimestri maturescunt: neque *alterum*, quia maturitatem acciperent praeposteram. Quod ipsa quandoque experitur frigida Germania, si aer in autumno, ad hiemem uergente, solito est calidior. Da sich das Geträydig überwächset. Quae cum ita sint, facile patet, quod coeli apud nos alia facies, ubi reditus, quos in praediis facimus ex fructibus hybernis, aestiuos multoties superent relinquuntque post se longo intervallo.

Collatio Ita-  
liae & Germa-  
niae in re fru-  
mentaria.

(iu) Quod patet ex *nota praecedenti*, ubi Italiae & Germaniae instituta est in hoc genere collatio. Germaniae menses sunt magis lentae: breuiores Italiae. Germaniae hybernus fructus in deliciis: non Italiae. Frustra itaque sunt, qui res, toto caelo diuersas, cogere in harmoniam & iisdem continere uelint iurisprudendiae limitibus. Cum iuris prima elementa sint, spectandam in quavis lege indolem reipublicae. Hoc, qui neglexerit, empiricos imitatur, qui diuersis temperamentis eandem obrudunt medicinam.

Sub peregrino iure ingemisit Germania.

(xx) Peccant hoc errore Icti quotidie, non in *privato* solum iure; uerum etiam in *publico*: ut Germanis ius dicant peregrinum siue Romanum siue Longobardicum conatu caeco inconsiderantissimoque. Licet reipublicae rationes aduersae sint civiles, sacrae, publicae imo & naturales. Exemplo nunc regulae Italicae sint de fructuum attributione. Ita enim multis &, post *Saxones* atque *Venedos*, tantum non omnes, iudicio utriusque reipublicae ignaro, uasalli post Augustum defuncti haeredes, omni genere fructuum destituerunt, licet ex rucolarum philosophia constet, uel in ipsa Germania eisdem in aliis atque aliis locis ferius aut citius maturescere. Catalogos Ictorum, qui 2. F. 28. f. bis consequenter Germaniae dictam



dictam esse, crediderunt, quo sine conficerem, cum difficiliter  
reperire liceat aliquem, qui senserit aliter. Ipse MINUCIUS  
*lib. 3. tit. 12. c. 3.* eadem oberrat lyra, quamvis nugae quasdam  
aduat doceatque me hoc etiam in argumento, quod simia feu-  
distae sit Longobardi. Vixque operae fuerit pretium, ut a  
ICO euulgaretur. Quicquid sentiat ex aduerso Schilterus.  
Neque aliud quid habet BARATERIVS *tit. 14. c. 51.* uix dignus  
iudicio meliori. Verba de Germania foris desperata sunt  
*Harum. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 43.* Communis haec inter-  
pretum sententia etiam apud nostros consuetudine probata usu-  
que recepta. Oleum igitur atque operam perderet, qui eandem  
uellet corrigere aut contra nisi. Addit *l. 23. ff. de LL.* minime  
esse mutanda, quae interpretationem certam semper habue-  
runt. Ego autem putauerim, Germanos iura recepisse pere-  
grina, salua ueritate & rationibus suae reipublicae, ut adeo er-  
ror interpretum Germanis ius necquicquam facere queat.

(yy) Prae aliis se hic commendat iudicium VVLTEII. Qui I&I limi-  
tes textus 2.  
F. 28. uelint  
prolatos?  
Quamuis enim ipse ea, quae de rationibus coeli & soli Italiae  
diximus, non penetrauerit, discrimina tamen utriusque regio-  
nis quodammodo praesensit *lib. 1. feud. c. 11. n. 110. p. 781.* ubi  
illius sententia est haec: *Valde tamen placet, quod nonnulli in*  
*Germania & praesertim in regionibus septentrionalibus fructus*  
*etiam mense Septembri adhuc pendentes haeredi uasalli adiudi-*  
*candos censent. Idque propterea, quod in his terris non aequo*  
*cito fructus maturescunt.* Cui etiam suffragatur SCHEPLIZIVS  
ad *Clammerum tit. 3. n. 26.* HORNIVS *inr. feud. c. 15. ff. 14.* &  
uir illustris a COCCII *in bypom. feud. feud. tit. 11. ff. 2* his uer-  
bis: *pendentes fructus ad haeredes uasalli pertinent, si uasallus*  
*ante Augusti senem, uel etiam NB. si tardius maturescunt, post-*  
*ea quoque decefferit.* Et plenius in *dissert. de iure seminis sect.*  
*c. n. ff. 5. c.* Contra autem SONSECIUS *part. 10. n. 12. p. 165.*  
*sed*

sed dicit aliquis, quid si uasallus ante Martium in byeme seminasset, ut fere fit mit der Winter-Frucht & ante Martium decederet, ane iam dominus fructus lucrifaceret, exclusis haeredibus uasalli? Dicendum quod sic. Sed iam dominus restituet haeredibus uasalli impensas, factas a uasallo in serendo. Nam licet byeme semen iactum sit: istud tamen ante Martium natum quodammodo non censetur & ideo dominus & agnatus cum suo feudo sibi uindicant. Quamuis, si aestimare liceat veritatem, numero ita sentientium, certus sum, quod Soubeciana classis superiori in hoc argumento sit postponenda. Ita enim *Havem. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 48.* Quin imo, ut ista iniquitas eueretur, iam citari interpretes communiter concludunt, non solum uasallum, qui ante finem Augusti decedit, omnes fructus illius anni siue mense illo siue etiam postea colligi soleant, ad haeredes transmittere. Sed & etsi post Augustum mense Septembris decesserit, tamen nihilominus omnes illius anni fructus, qui tardius percipi solent, ad haeredes eius pertinere. *Vi sunt fructus uindemiae & similes. Quoniam iniquum sane esset, si uasallo, qui in regno anni uineam coluerat & expensas fecerat, defuncto, haeredes eius excluderentur uel a domino uel ab agnatis. Pro quo optime facit, quod fructus maruri & de proximo colligendi pro collectis haberi debeant. Eos quoque sequitur STRUVIUS cap. 15. rhes. 16. n. 4. p. 581.* Addit LYNCKERVS in *analect. c. 15. aph. 16. n. 3.* Quamuis haec distinctio temporum, in Germania & alibi passim usu recepta sit, teste ROSENTHALIO lib. 10. concl. 42. n. 36. tamen \* plerisque iniqua esse uideretur. Quoniam uuae & oliuae non in Augusto, sed in Septembris & Octobri colligi solent. Quapropter uerba illa: omnes fructus totius anni percipiet dominus, de fructibus anni futuri, a mense Septembris inchoandi, accipiunt, cetera.

(zz) Eadem fere utriusque est ratio iidemque authores. Longobardici & Saxonici iuris hic magna harmonia.  
 Quod cum fructus cedere debeant *operis & sationi*; has qui praestiterit, respiciendum atque fructus his tantummodo adsignandos esse. Ut adeo textus feudalis a Saxonico iure uerbis discrepet, re ipsa cum eodem bene conueniat. Quod cum

THIELIVS *sect. 6. ff. 11.* uiderit, nos eo remittimus lectorem.

(aa) Quinta demum classis eorum est, quibus in *fructuum attributione* ius CIVILE displicet, quoniam operas ludat fructusque adscribat *glebae p. 35. litt. dd.* neque SAXONICVM probatur, quod sit provinciae singularis & durissimam domino fundi det legem iustitiam indulgentius contra sit in fructuarii haeredes *p. 38. litt. oo.* multo minus BRANDENBURGICVM, cum hoc fortunis ludat nunc dominum, nunc fructuarium eiusque haeredes, quia horulae unius momentum unidare omnes fructus queat uel auferre *p. 43. litt. qq.* quod tamen momentum fallax sit, neque SENECAE iudicio in *Claud. Caes. pr. hora certa dici queat & facilius inter philosophos, quam inter horologia conueniat*: minime autem omnium instituta LONGOBARDICA esse uidentur tolerabilia, quae a maiori ad minus argumenta euertant & sanae rationi indicant bellum *p. 46. litt. ss.* Quod cum ita sit, nouum ipsi fundamentum struunt, in *fructuum attributione* sedulo & semper obseruandum. Scilicet quocumque tempore uel fructuarius moriatur uel uasallus, inter haeredes utriusque ac dominum, pro *rata temporis parte, fructus semper ex aequo & bono esse diuidendos.* Qui calculus facilis sit, si primum menses, post dies, demum horae, & si operae pretium foret, etiam momenta numerentur, quae uixerit isto anno defunctus & quae domino uiuenda supersint. Quam etiam regulam firmant multis rationibus. *Principio* in auxilium uocant auctoritatem Papinianij *l. fructus ff. i. diuortio ff. soluto matrim.* ubi uerba clara sint: *Di-*

Quinta classis attributionem fructuum constituit in diuisione pro temporis rata parte. Idque facit 1) quod alia iura omnia sunt iniqua.

2) adprobet hoc ipsum Papinianus.

H

uortio

diuortio facto fructus diuidi, non ex die locationis, sed *bobita* ratione praecedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit. Itaque se fine mensis Ianuarii diuortium fiat & quatuor mensibus matrimonium steterit, undemiae fructus & quarta portio mercedis instantis anni confundi debent, ut ex pecunia certa portio uiro relinquatur. Addit Ictus sigillatim, quod eadem diuisionis institui debeat proportio in agris, unde bis in anno fructus capiuntur; in aliis, ubi ne quorannis quidem, ut in *sylua* caedua; in *pecoribus*; *seruis*; *pensionibus*; *cenibus*; in *metalli fodinis*; rebusque generis eiusdem. Vnde nouum deinde huic opinioni est patrocinium. Cum enim sententiae aliae Germanorum *Saxonica*, *Veneda*, *Longobardica* multum relinquant dubii, utrum illae tantum de *industrialibus* intelligi debeant fructibus, an uero limites earundem ad *naturales* quoque & *ciuiles* imo & *perceptos consumptosque* proferendi: contra in ultima hac computatione, ad ratam temporis partem, instituta, nihil relinqui ambiguitatis, dicunt, quod omnia & singula fructuum genera hoc censu aestimentur diiudicenturque. *Praeterea* non aequiorem iuris mensuram uel dari unquam uel sperari posse, autumant, quam hanc, quae fiat ad temporis ratam. Ita enim commoda & damna utrique eadem esse neque caeco fortunae lusu utrumque obuenire alterutri. Accedere, quod tempore hyberno fructuarius plerumque aes alienum contrahat, alimentorum & onerum causa, ob spem, ut larga messis illud iterum extinguat, qua frustrari eundem, prorsus fore iniquissimum. Contra eadem forte iniquitas, messe iam nunc a fructuario aut eius haeredibus facta, si agri steriles & nudi, uacua & exhausta horrea relinquantur, ut nouus dominus non solum praedia deserta & omni frugum genere destituta accipiat cogaturque fundum suis denuo sumptibus instruere uictu hominum & pecudum, stramine, sterco-

3) inde aestimari possunt omnis generis fructus etiam percepti & naturales ac ciuiles.

4) magna adfit ratio aequitatis.

re,  
 &  
 u  
 el  
 In  
 lo  
 d  
 re  
 c  
 ca  
 u  
 z  
 p  
 ta  
 in  
 ti  
 p  
 la  
 n  
 In  
 s  
 d  
 u  
 i  
 2

re, semine rebusque aliis: uerum etiam onera, census, collectas, tributa gratis praestare anno fere integro antequam novos fructus accipiat. A quibus iacturis omnino metuendum est, ne opes exhauriantur domini ipseque fundus disperdatur. Inde cautum est *MAGDEBURG. statut. c. 29. §. 10.* ne domino relinquatur fundus, fructibus destitutus (\*) & quae leges colonariae sunt generis eiusdem. Ad *extremum* hanc quoque de fructibus, inter uasalli haeredem & agnatos feudi successores diuidendis, plurimos, Germaniae etiam, *lectos* probare dicunt, idque uel omnino uel hac tamen lege, ut *2. F. 28. §. his consequenter* de solo casu, quoties domino feudum aperiatur, intelligant; alias, si agnati adsint, relictos uelint fructus *iuu diuisorio* haftenus explicato. Vnus certe *CUIACIVS lib. 4. feud. tit. 30.* eiusdem opinionis stator adsertorque sufficere nobis potest prae centum aliis. Cum enim alii *lecti* uel in ciuilibus tantum, humaniori studio temperatis, excellerent; alii tantum in clientelariis; Cuiacius par fuit in utriusque iurisprudentiae facultate. Succedant ei in Germania *SCHRADER part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 82. 83.* qui hic amplius & uber adsecclasque laudat *Alb. BRVNVM conf. 106.* & *WESENBECIVM ub. 2. conf. 93. n. 8. 9. 10.* qui hanc quoque sententiam, dicat, esse communem. Illud prorsus est singulare, quod *SCHRADER part. 2. part. 9. sect. 3. n. 100. 101. 102. p. 539.* habet de Marchia Veneda his quidem uerbis: *Ex hoc inferitur, quod in marchia Brandeburgensi, uasallo defuncto & feudo agnatis aperto: fructus ultimi anni inter haeredes uasalli & successores feudi diuidendi sint. Quodque nulla ibi consuetudo induci possit in contrarium. Eam ob*

\*) sententia sit auctoritate usque fori & lectorum testissima.

Marchiae Brandenburg constitutio 1527. singularis.

H 2

cau.

(\*) Da jemand seinem Herrn den Acker oder Hof aussagen oder solchem liegen lassen will: soll er denselben nicht ledig; sondern 1) mit denen Zinsen 2) die Winter-Saat besetzt, wie auch 3) dem Stroh auf dem Hofe d. 12. verlassen. Idem alibi in elocatione aut uenditione fundi memini esse constitutum.

causam, quia in constitutione Ioachimi, marchionis Brandenburgici, cum marchiae ordinum consensu sancitum est, quod in marchia & locis ad illam pertinentibus, in omnibus causis, praesertim uero in successonibus secundum ius Caesareum & scriptum pronunciari debet. Sublatis omnibus in contrarium consuetudinibus & priuilegiis. *Vt clara uerba sunt constitutionis publicatae 1527.* Quomodo autem haec conciliari debeant illis, quae supra *litt. 99. p. 43. 44.* de fructuum attributione marchica diximus, illud ego quidem non uideo.

Germaniam  
in fructuum  
attributione  
toto coelo ali-  
enam esse a  
iure Romano  
aduersus Ictos  
Germanos.

(bb) Non igitur illorum Ictorum non possum non improbare sententias, qui in Germaniae foris causisque circa fructuum attributionem principia sequuntur iuris Romani: cum patriae hic non desint nobis instituta. In horum numero imprimis est *Mylerus ab EHRENBACH cap. 14. gamolog. ff. 14. p. 336.* cuius iudicium est hoc: *Quantum ad fructus industriales pendentes, si uidua moriatur messe aut uindemia nondum peracta, nihil horum fructuum ad haeredes uiduae illustris transit, sed omnia cedunt domino proprietatis.* Addit deinde sententiae suae causas. Quod ea, quae ex rebus nostris proueniant, naturali iure, nostra fiant *l. 10. acquiruntur ff. de A. Rev. Dom.* quod fructus non iure seminis, sed soli debeantur *l. 25. qui sect. ff. de usur.* quod fructus fundi pars *l. fructus 44. ff. de R. Vind.* Non enim hic opus est uel iuris naturae dogmatibus uel decretis rationibusque legum Romanarum: cum patriae consuetudines statutaque Germaniae prouinciarum clare nos doceant, quod ab hac doctrina absint longissime. Idem reponere liceat uiro iuris consulti. THIELIO, qui, *sect. 3. de iure seminis*, acute curateque in Romani iuris inquirat rationes in Germaniaeque illi locum toties facit, quoties claris uerbis non aliud quid receptum ac institutum esse, uideatur. Ante eum idem

idem quoque docuerunt alii cum *feudalium* tum *ciuilium* ac *publicarum* causarum patroni.

DIFFERENTIA II.

*Diuisio fructuum num regula sit an exceptio?*

Romano iure fructuum diuisio pro rata *Regula*  
temporis parte referri debet inter PRIVILEGIA *Rom. fru-*  
dotis (bb), salarii (cc), cetera (dd): praeterea *ctus pars*  
uero Germani illam pro LEGE habent (ee) in *fundi: sed*  
fructuaria tutela (ff); in locatione (gg); in *Germ. fru-*  
emphyteusi (hh); maioratibus (ii); in feudis *ctus diui-*  
(kk); in emtione uenditione (ll); in fidei- *dantur pro*  
commisissis (mm); in uictalatio siue dotalitio *rata.*  
(nn); in beneficiis ecclesiasticis (oo); in retra-  
ctu (pp), in genere ususfructus quocunque  
(qq), inque aliis iuribus, quae sunt eiusmodi.

(bb) Singulare prorsus est in iure Romano, quod in aliis *Diuisio fru-*  
casibus fructus *pars soli* habeantur, cedantque soli domino, *ctuum pro ra-*  
ut uicimus *p. 35. litz. dd.* solius dotis alia omnino ratio. Quo- *ta qui in do-*  
niam, si hanc reddat uxori post diuortium maritus, illius fru- *tis redditione*  
ctus siue *pendentes* sint siue *percepti* siue *naturales & industria-*  
les siue *ciuiles* (\*) inter utrumque, pro temporis rata parte, *ex priuilegio?*  
sunt diuidendi. Ita *l. 7. fructus s. papinianus* uel *diuortio ff.*  
*solutio matrim.* idem quoque intelligitur ex *l. un. s. 9* uerbis,  
*foetus autem &c. C. de R. ux. act.* Quas ex instituto explicat  
H 3 tuetur

(\*) Illos enim, qui *legem hanc diuisoriam* tantum intelligunt de per-  
ceptis, iure meritoque confutantur *Harm. PISTOR, lib. 1. quaest. 24.*  
*n. 14. & BERLICHIVS part. 3. concl. 43. n. 19.*

tueturque CUIACIVS *lib. 14. obseru. c. 22.* Qui tamen in has leges iusto est indulgentior, quod earundem etiam limites extendat & ad iura proferat usufructuarii *l. feud. tit. 30.* Rectius idque ex mente etiam Istorum aliorum THIELE *sect. 3. §. 4.* iudicat: *Ast unum genus, quo fructus pendentes, finito licet iure alicuius, adhuc tamen ei debentur pro parte anni, non fundi domino. Scilicet quoties illi debentur tantum pro rata oneris quotidiani, quod uicissim praestatur. Vti fructus dotis. Atque haec est species singularis nec proinde ultra fines suos sueracione extendenda.*

L. diuortio  
pertinet ad  
salaria.

(cc) Si scilicet salarium post spatium *trimestre, semestre* aut *annuum* soluendum sit, unde barbare *deseruitum* id dicimus tempus, quod rerum administer post solutionem factam superuixit. Neque immerito. Nam salarium, intuitu continuarum operarum, quotidie deberetur: ut eius tantum dilata esse uideatur solutio. Instar mariti, qui uxori alimenta praestat quotidie: ut adeo illi usufructus dotis quotidie deberi, uideatur. Hoc lumine accipi uelim, quae dicunt *Matth. ab AFFLICTIS ad 2. F. 28. §. bis consequ.* & BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 12.* Aliter se, res habet, si principio statim salarium ipse officialis anteceperit, tum enim haeredes eius reddere potius deberent, quod restat de tempore anticipato; tantum abest, ut aliquid ultra sibi possint adrogare. Quamuis moribus, quoniam, qui hic ius dicunt, & ipsi sunt officiales, ex aduerso uiuatur, habeanturque in salariis anni *coepti* pro *absolutis*. Imo praeterea annus, qui *gratiae* olim fuerat, hodie & ipse in ius iuit. Quod tum demum recte fit, cum quis, haeredum causa antecessoris sui, tam diu frustra munere suo est defunctus, quam longum fuit *tempus* gratiae praedecessoris. Huic enim debitum ex iuris necessitate soluitur, quod gratiae nomen non meretur.

(dd) Vbi



(dd) Vbi debita sunt quotidiana, utpote in locatione *aedificata* uel *operarum*, in usuris cetera. Neque enim opus est in singulis occupatum esse figillatim. Cum, ex uniuersim datis praeeptionibus, singularia facilia sint ad respondendum ac diiudicandum.

(ee) Id scilicet est, quare post *CVIACIVM lib. 5. Iur. feud. tit. 30.* plerique Germaniae iureconfulti, quoties super fructibus inter dominum aut possessorem nouum & ueteris haeredes aut creditores instituenda quaestio, malint *diuidere fructus* pro temporis rata parte, id est, sequi *legem diuortio ff. soluto matrim.* quam regulam iuris Romani, quod fructus *pendentes & naturales* omnes domino cedant nouoque possessori sint: quae fundi pars *l. 44. fructus ff. de R. V. l. 25. §. pen. ff. quae in fraud. credit.* Atque in hoc numero sunt *BERLICHIVS part. 3. conclus. 43. 44. 45. Harz. PISTORIS lib. 1. c. 24. n. 7. sq. SCHRAEDERVS part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 83. Io. KOEPPEN decis. quae 30. n. 8.* Lex diuortio in dote inter maritum & uxorem clara est: numne autem etiam in aliis contractibus & iuribus in quibus *resoluto iure possessoris de diuidendis fructibus inter diuersos successores agitur, obrinet? Quod aequitatis* (puta Germanicae) ratio omnino suadere uidetur. Firmamenti loco addi debent, quae scripsimus ad *diff. 1. litt. aa. ult.*

(ff) Rem hanc ita decedit *BAECA de decim. sororis cap. 32.* Num tutor fructuarius diuidat annuos fructus cum pupillo?  
*n. 8.* Aut fructuarius tutor fructus percepit, aut non percepit; & si hoc, aut fructuum dies cessit: si primum, fructus utrinque tutoris sunt, non pupilli. Ea enim, quae lege deferuntur, etiam si non agnita, deferuntur ad haeredes. Quod si tamen pendentes sint fructus, licet maturi, dies etiam non dum uenerit, licet cesserit: tum fructus huius generis esse, putat, pupilli. Rationes eius sunt. *Primo*, quia idem obtineat in usufructuario *§. 36. Insit. de rer. diuis.* *Deinde* quia lex diuortio

Rationes negantium.

Affirmanti-  
um rationes.

*sio ff. soluto maer.* sit correctoria, quae ultra dotem non debeat extendi. Tum quia hic agatur de commodo pupilli, cuius interesse admodum sit favorabile. Demum, quia & ipsum tutoris salarium sit iuri civili Romano aduersum adeoque interpretationem habeat restringentem. Verum enimvero nullus egomet dubito, decisionem hanc cum aequitati, tum Germanico iuri esse aduersam. Primo enim apud Germanos in dubio fructus sunt, pro temporis rata parte diuidendi, quod dotum & dictum est saepius. Deinde tutori ususfructus in bonis pupilli debetur instar salarii pro operis praestitis tutelariibus. Quapropter cum hae diuisione accipiant: neque a fructuum diuisione iudex esse debet alienus. Proeterea *l. diuorsio ff. soluto matrim.* eadem ratio in nostro hoc casu, qui fere occurrit in dote. Post negatur, quod *l. diuorsio* apud nos sit iuris correctorii, quin potius cum Germanorum institutis optime illi conueniat. Negatur proeterea, quod uel tutorum ususfructus in classe sit correctorii iuris, cum Germanorum instituto debeat ordinarie. Tum salarii etiam causa est favorabilis cessatque priuilegium, quoties duo sunt priuilegiati. Demum frustra hic Romani iuris rationes urgentur. Quoniam nos causam respondemus ex patriae institutis. Ad nostram itaque mentem, non ad rationes plane nostras Ioan. GVTTIEREZ *part. 3. de tut. cap. 43. n. 2. p. 306.* scripsit: Teneo, pro rata laboris tutoris & curatoris, decimam de his fructibus pendentibus tempore eius mortis pertinere ad haeredes tutoris & curatoris praedefuncti. Idem *ibid. c. 39. n. 16. 17.* Quod tutoris haeredes ideo habeant ius retentionis; quod actione tutelae contraria ius suum possint experiri, quod in messe & uindemiis iungere pupillo possint custodem, ne in diuisione fructuum ullatenus laedi queant.

(gg) In

(gg) In reliquis membris auctores laudabimus, cum rationes desumendae sint a patriae iuris institutis, quae in delictis habent fructuum diuidiculam. Itaque mortuo colono aut eo qui libelli uel precarie iure possidet fructus nouissimi anni, pro rata temporis, quo ius in persona eius subsistit, ad eius perennere haeredes decedit BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 13.* idemque KOEPPEN *decis. 30. n. 13.* Quae autem obmouet THIELIVS *sect. 3. n. 8.* illud largimur ex principiis iuris Romani.

Fructuum diuidicula in conductore.

(hh) Hanc spartam occupauit solcite *Herm. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 26. 27.* Quia in regula foro sit: ut resoluto eo iure, pro rata temporis, quo ius possessoris constitit, fructus iam percepti, quam pendentes ad ipsum perennent. Quae regula sufficit, iudicio institutorum Germaniae adprobata. Ut adeo non opus fuerit, auctorem in lege *diuorrio* aliud fundamentum quaerere, quam onus matrimonii a marito latum sibi, que nouos excitare aduersarios. Idem SCHRADERVS *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 87.* KOEPPEN *decis. 30. n. 20.* BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 9.* Quamuis ex iuris Romani principiis ingens sit dissentientium numerus. Qui tamen in eo falluntur, quod confundant emphyteutam id est dominum cum usufructuario.

Emphyteutae haeredi fructuum diuidicula.

(ii) Vbi apud Hispanos fructuum diuisionem inter nouum dominum & pristini haeredes commendant COVARRVVIAS *lib. 1. uar. res. c. 15. n. 14.* MOLINAM *lib. 3. primog. c. 12. toto.* Taceo nostrates *Herm. PISTOR. lib. 1. c. 24. n. 33.* SCHRADERVM *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 89.* KNIPSCHILD *de fideicommiss. cap. 10. n. 61.*

Idemque in Maioratu.

(kk) Nisi aliter id esset positium lege constitutum. Quod uidimus *differ. I. tota.* Nam uasallus feudo non gratis utitur; sed propter operas, olim certe fere quotidianas. Ut adeo idem hic iudicium fuerit, quam supra *litt. cc.* diximus in salario.

Fructuum diuisio in feudis.

I

(ll) In

Idemque in  
emtionē.

(ll) In iure Romano contra sensimus *diff. 1. litt. ii.* Sed tamen Germaniae fora ex patriae usu fructuum etiam hic amant *diuisionem* pro temporis rata parte, quod tuentur *Mod. PISTORIS conf. 56. n. 24.* & *KOEPFEN. decis. quaest. 30. n. 10. 11.* Idque praesertim etiam in pacto de retrouendendo in quo sigillatim, post uariorum sententias recensitas, fructuum diuiculam adprobant *Hart. PIST. lib. 1. quaest. 24. n. 12.* *BERLICHIVS part. 2. concl. 2. n. 66. 67. 68. 69.* *FRVCKMANNVS uol. 1. conf. 4. n. 190. 191.* *REINKING. de retroct. consang. quaest. 8. n. 76.*

In fideicom-  
missis.

(mm) Iterum supra *diff. 1. litt. kk.* contra respondimus ex rationibus Latii. Imo existimat *THIELE sect. 3. §. 16.* hoc ipsum neque in patria mutatum esse, quamuis eadem ad mutandum & fructus inter fiduciarium & fideicommissarium diuidendos, sint Germanis causae. Verum aliud docere auctorem potuisset *KNIPSCHILDIVS*, qui *cap. 10. n. 69. 70.* aliisque in fideicommissis familiae pariter adprobat fructuum pro temporis rata parte diuiculam, *Cum fiduciarii in fideicommissis familiae tot onera sustineant habeantque reuocabile dominum, ad similitudinem mariti pro rata eius temporis, quo onera fideicommissaria sustinent fructus sunt diuidendi.* Praesertim cum saepius fideicommissis pariter adiciantur onera alendi pauperes, agnatos, cetera.

In uictalio  
uidua demor-  
tua num fru-  
ctus diuidan-  
tur cum eius  
haerede?

(nn) Casus hi omnium sunt frequentissimi: ut mirum sit, Ictis nequedum conuenisse, quid in illis sit respondendum & iudicandum. Ex Latii principii nos non poenitet, ea scripsisse, quae *diff. 1. litt. mm.* habentur superius. Quibus etiam utuntur *HENELIVS de dotal. c. 11. §. 9.* & *MYLERSVS in gamolog. c. 14. §. 15.* Vterque enim pendentes fructus uiduae haeredibus negant tribuuntque illos domino fundi. Quibus assentiuntur etiam Icti uetustiores *Hartm. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 73.* & *KOEPFEN decis. 30. n. 14.* Verum, nisi aliud consuetudine

tudine receptum aut pacto reseruatam sit: dicendum est potius, pariter in dotalitio, uidua demortua, inter eius haeredes & dominum fundi pro temporis rata fructus esse diuidendos.

Quam sententiam tenent tumenturque WESENBECIVS *part. 2. cons. 93. n. 10.* & BERLICHIVS *part. 3. conclus. 22. n. 6. 7. 8.* Partim, quod regula haec patrii iuris sit, fructus esse diuidendos; partim etiam, quod uiduae iura rationes habeant, quae idem uelint. Praesertim, si, quod plerumque fit dotalitium illius absumat dotem. Vbi prorsus iniquum esset, illius haeredibus aut creditoribus fructuum ratam partem negare.

(oo) Non propterea, quoniam ecclesiastica beneficia *ope-  
ras* uelint exigantque a sacris collegis, sintque instar salarium, ut ratio ex superioribus *diff. 2. litt. cc. repetenda. Quem-  
admodum* perhibet sentitque THIELE *sect. 3. §. 24. 25.* Verum uniuersim ideo, quia patrii iuris regula est, *fructuum pro tempo-  
ris rata parte diuisio.* Quam parum enim sacri collegae, canonici, operae respondeant sacri muneris redditibus: res est manifestissima. Quod in hac sparta ditescere liceat multum dormiendo. Nihilominus pro fructuum diuidicula stant etiam hic *Hart. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 36. KOEPPEN dec. 30.  
n. 25. 26. SCHRADER. part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 88. BERLICHIVS  
part. 3. concl. 43. n. 11.*

*In sacerdotis  
& sacris colle-  
gis canon-  
cis.*

(pp) Ita respondent iudicantque ex usu curiarum Germaniae *SCHRADERVS part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 85. 86. REIN-  
KING. de retract. consang. quaest. 8. n. 76. KNIPSCHILD. cap. 10.  
fideic. n. 63.*

*Idem in retra-  
ctu.*

(qq) Magno grauique conatu hoc defendere ex ipsis etiam iuris Romani rationibus uoluit *CVIACIVS lib. 4. feud. tit. 30.  
Cuius sententiam uti nostram non facimus: ita tamen non  
dubitamus, adfirmare, quod idem facilius defendi queat in  
Germania. Cum enim Germani Sciliteri iudicio ad ff. discrimen*

*Idem in sim-  
plici usufru-  
ctu.*

men inter *usufructum* & *utile dominium* ignorauerint primoque tantum dederint, quam alteri: eo est probabilius, illos fructuarii haeredibus fructuum diuisionem haud quaquam negauisse. Vt repeti hic debeant, quae supra *litt. bb.* diximus de emphyteuta.

## DIFFERENTIA III.

*Quid iuris in fructibus naturalibus?*

NATVRA-  
LES Rom.  
*pars fundi  
Germanis  
diuidun-  
tur.*

Naturales fructus Romano iure iterum pars fundi (aa): sed Germani legem in illis merito obseruant diuisoriam (bb). Vt, me iudice, frustra sint Icti, qui in illis quoque iudicandis mensium aut dierum statuunt praerogatiuam (cc) aut ad principia legum Romanarum hic praepostere reuertuntur (dd).

Naturales  
pars fundi  
apud Romo-  
nos.

(aa) Pertinent enim huic *l. 44 ff. de R. V.* aliaeque superius a nobis laudatae *diff. 1. litt. dd. p. 35.* Neque de iure Romano in *naturalibus* fructibus ullus unquam dubitauit aut dubitare potuit. Conferri possunt MENOCH. *de recuper. possess. remed. 15. quaesl. 40. n. 576.* DONELL. *lib. 4. com. c. 25. & dd. ad ff. 36. Inst. de Rev. diu.*

Quare apud  
Germanos  
naturales fru-  
ctus diuiden-  
di.

(bb) Plura sunt, quae commouent me ad ita sentien- dum. Nam *principio* in fructibus industrialibus Germani uel *operas* tantum spectarunt, quare illos haeredibus & creditoribus cultoris assignarunt, quod *diff. 1. litt. oo. p. 38. litt. xx. p. 42. dictum* uel cum operis maturitatem, ut dictum *diff. 1. litt. xxx. p. 45. & litt. rz. uu. xx. yy. zz.* Verum in naturalibus id omne cessat, quoniam neque semen in illis neque operae requiruntur. Vt adeo patrii iuris non aliud remaneat institutum, quam inter defuncti haeredes & novos possessores pro tempo-  
ris

ris rata parte fructuum diuidicula. *Praeterea* si iura Saxonica nouissima CONSTITVTIO electoralis *part. 3. concl. 32. §. pen.* propter *aequitate uim*, fructus ciuiles, pro temporis rata parte diuidunt: non uideo causam, quare ab hac lege abhorreant in *naturalibus*? Quod consecutionis uinculum etiam urget THIELE *sect. 5. iur. femin. §. 10. 11.* Cum utrorumque eadem hic sit ratio. *Post*, cum saepe haec tenus sit dictum, quod Germanica iura in fructuum attributione a regula iuris Romani quod fructus domino soli cedunt, abhorreant: nullae nos causae urgent, quare nihilominus illud sequamur in fructibus *naturalibus*. Tum *l. diuortio* nobis idea sit iuris bene riteque cohaerentis. Quoniam illa, diuisione, in uno fructuum genere semel recepta, eandem retinet constanter in reliquis. Cum omnium idem hic esse queat fundamentum. *Accedit* indoles regionum Germaniae, quae haec est, ut uix aliquod fructuum sit genus, quod non exigat impensas *operarum, stercozationis (\*) purzationis, infirionis, fossarum, sepimentorum, custodiarum*, ut uel ideo non curanda sint in Germaniae desertis colonaria iura feracis & foecundae Italiae. Quapropter aequissimum est *Hartm. PISTORIS iudicium lib. 1. cap. 24. n. 42.* quod his uerbis prodit: *Diuisio fructuum, dummodo lex absit, naturali aequitati est conuenientissima.* Idemque porro *n. 83.* Verba Saxonici iuris *de industrialibus loquuntur.* Quid ergo de *naturalibus*? *Alii* hos pro parte fundi habent tribuuntque nouo domino; *alii sequuntur 2. F. 28. §. bis conf. quia is textus est generalis loquiturque de quouis genere fructuum.* In *allodialibus* nos sequimur legem diuortio, ab aequitate tantopere commendatam.

(\*) Quod uidit etiam agnouitque BERLICHIVS *part. 3. concl. 45. n. 15,* & ante eum COLERVS *part. 2. process. c. 3. n. 311. 314.*

Prærogativa  
diei etiam in  
naturalibus.

(cc) Plerisque in deliciis est dies *S. Urbano* festus xxv. mensis Maii. Quod si enim ante illum decesserit possessor pristinus, tum fructus naturales noui domini esse, contra, si decesserit post, quo tempore defuncti haeredes illos lucrentur. Ita COLERVS *de process. execut. part. 2 c. 3. n. 305. 306.* Vel etiam 2. F. 2. §. 8. *his conf.* quod fecerunt fratres *Modest. & Hartm. PISTORIS lib. 1. quaest. 24. n. 33.* quos laudat etiam, non tamen sequitur BERLICH. *part. 3. concl. 45. num. 10.* quod facit SCHRADER *part. 2 part 9 sect. 3. n. 50.* In *Marchiae* ditionibus regnare etiam hic dicunt festos dies *diff. 1. litt. qq. p. 43.* indicatos.

In naturali-  
bus locum es-  
se iuri civili,  
ut fructus ce-  
dant nouo  
fundi domino.

(dd) Ita non solum Saxoniae nouissima constitutione ELECTORALI *part. 3. const. 2. §. pen.* Die Früchte aber, so naturales genannt werden, als Wiese-Wachs, allerley Obst und dergleichen, blieben den Lehens-Folgern und Grund-Herrn und nicht den Erben. Cuius fundamentum CARPZOVIVS *part. 3. Const. 32. def. 23. n. 5.* repetit ex uerbis des *Land-R. lib. 2. art. 58.* idque firmat sententia forensi BERLICHIVS *part. 3. concl. 45. n. 13.* uerum idem etiam iuris est in reliqua Saxonía extra electoratum. Quod praedictis firmat, aduersus Colerum, RICHTER *decis. 56. n. 10. 11.* qui omnino est euoluendus.

## DIFFERENTIA IV.

Quid iuris in ciuilibus?

Ciuiles  
Rom. ce-  
dunt:  
Germ. di-  
uiduntur.

Romani in CIVILIBVS FRUCTIBVS attendunt, num dies uenerit, quos solos domino fundi negant (ee); contra Germani dies, qui nondum uenerunt, ad calculos iterum reuocant diuisorios (ff) inter defuncti haeredes & nouos in fundo successores.

(ee) Re-



(ee) Recte THIELIVS *sect. 5. §. 10.* Saxoniae Ictos ridet, qui putant, Romana iura uelle, ut ciuiles fructus, *cenfus, deci- mae, tributaque* pro temporis rata parte diuidantur. Contra enim legum Romanarum rationes uolunt, ut fructus ciuiles, si uenerit dies, wenn die Zinsen betaget sind, pristini possessoris haeredibus assignentur: si minus, wenn die Zinsen noch nicht verfallen, tribuantur nouo possessori, instar pendentium fructuum, qui fundi sunt pars. Nulla pristini possessoris haeredibus assignata parte. Quapropter etiam Saxoniae Icti extra electoratum ita rem solent decidere: Ob wol etliche Rechts-Bevrer der Meinung seyn, das die nach Verfließung des 30. Tages noch nicht betagte Zinsen die Landes- und Lehens-Erben pro rata temporis unter sich zu theilen schuldig seyn: Dannoeh aber und dieweil, Inhalts der gemeinen Sächs. Rechten alle unbe- tagte Gefälle an Zinsen, Pacht (\*) und Frohn-Geldern ohne Un- terscheid den Lehens-Folgern allein zukommen: als sind die wie- derum etwas davon zu fordern nicht befugt, Ienae 1640. Aliam etiam eiusdem Scabinatus sententiam habet RICHTER *decis. 57. n. 13.* Idem *Marrb COLERVS decis. 74. n. 2. & part. 2. c. 3. n. 260.* ZOBEL *part. 3. diff. 7. n. 4.* REINHARD. *part. 3. diff. 6.* Quam- uis minus sibi consent, si hoc solum textibus tribuant iuris Saxonici *Bandr. lib. 2. art. 58. in pr. & lib. 3. art. 76.* Nam leges Roma-

(\*) De locario utique aliter sentio, quia hoc iure Saxonico omnino illius est, cuius iussu ager rastro subductus fuit. Vnum idemque siue id defunctus ipse fecerit, siue per conductorem, ut recte philosphatur THOMINGIVS in epistola ad Hartm. PISTORIS *lib. 1. quaeß. 25 n. 13 14. 15.* Sed uerbum Pacht est aequiuocum. Accipitur enim, praesertim in Saxonia, non pro locario figillatim, sed pro quouis genere censuum, praefitorum ab agricolis. Quod illi similes sint *conductoribus perpetuariis*, uti ostendit *dn. praeses* in *dissert. de perpetuaria conductione.*

Romanae civiles etiam pensiones, quarum dies nondum uenit, tribuunt domino soli. Quia sint instar fructuum *l. fructus de R. V.* quia, quod in naturalibus faciat separatio de fundo, illud in civilibus, si uenerit dies obligationis MOLINAEVS ad *confuet. Paris. tit. 1. ff. 1. gloss. 8. n. 35.* quia pensiones, quarum dies nondum uenerit, habeantur pro rebus immobilibus, ipsi ALCIATO ad *l. mouentium de V. S.* quia idem clarum fit Scabinorum sententiis, ad quas prouocant fratres PISTORIS, teste *Hartmanno lib. 1. qu. 24. n. 59.* Idem MYLER *gamalog. c. 14. ff. 17.*

Qui civiles  
fructus in  
Germania di-  
uidendi?

(ff) Ita enim primo ius electorale Saxonice *part. 3. constit. 16.* Ob wohlen etliche dafür gehalten, daß die Zinsen den Erben derjenigen Person nicht, welche die Verfall-Zeit nicht selbst erlebet: die andern aber, daß die Zinsen in solchem Fall pro rata temporis, als die Person gelebet unter deren Land-Erben und Lehens-Folgern zu theilen: dierweiln aber diese letzte Meinung die billigste, so thun wir auch selbige hiermit bestärigen. Quod cum factum sit, id egerunt Icti Saxoniae, ut leges Romanas cum hac electorali constitutione nouella cogere, obtorto licet collo, in iuris harmoniam. Ita BERLICHIVS *part. 3. concl. 22. n. 6.* CARPZOVIUS *p. 3. c. 16. dec. 1. n. 3.* Stant etiam pro diuisione KNIPSCHILD *de fid. c. 10. n. 66.* ROSENTHAL. *c. 10. concl. 42. n. 59.* STRVVIUS *c. 15. rb. 15. n. 7.* SVEVVS *exercit. feud. 9. adfert. 2.* FACHIN. *lib. 7. controu. c. 96.* aliisque. Rationes, quantum ego met ex indole patrii iuris adsequor, sunt hae. Quia census plerique in Germania debentur intuitu uel *usurarum* uel *electionis*. Primum, quia superstitione seculorum usuras etiam modicas retulit inter peccata, ut loco earum substituerentur census: alterum, quia rusticorum & censitarum origo fere communis in Germania, perpetuaria conductio. Ceterum, quod in hac fructuum diuisione, defuncti haeredibus pro fit tempus usque ad diem a morte trigesimum, illud iuris est Saxonici

XONICI BERLICH *part. 3. concl. 44. n. 4. 5.* & CARPZOV. *part. 3. Const. 16. d. 6. 8.*

DIFFERENTIA V.

De tempore diuisionis a quo?

Romani tempus exigunt in computando, *Termini*  
 quo fundum pristinus acceperit dominus (gg): *Germ. ulti-*  
 Germanico iure id non minus est aequum *ma perce-*  
 (hh). Quando autem memoria illius tem- *ptio: Rom.*  
 poris non superest (ii) computare solemus *tempus*  
 menses a tempore ultimae collectionis (kk). *fundi ac-*  
*cepti.*

(gg) Illud enim claris uerbis dicit *l. 7. Fructus ff. 1. 2. 3. ff.* *Status fundi*  
*Soluto matrim.* Explicationis causa iunge *CVIACIVM lib. 14.* *illati.*  
*obseru. 22.*

(hh) Inde principio iudices solliciti sunt in harum causa- *Qui neque in*  
 rum iudicio: ob er das Feld bestellet; ob er solches mit der Ernde *patria negli-*  
 an Sommer- Winter- oder Herbst- Früchten bekommen. Und *gitur.*  
 wenn dieses, daß er es wieder akto verlassen und beyde Theile die  
 Rechnung darnach gegen einander zu machen hätten.

(ii) Obmouet hoc dubium, ni fallor, ROSENTHALIVS *Nesciri in feu-*  
*cap. 10. concl. 42.* Frustra in feudis prouocari ad *l. diuorzio ff.* *dis diem, quo*  
*Solut. matr.* Illam enim uelle, ut computatio instituat *fit susceptum.*  
*tempore & statu,* quo fundus totalis sit illatus. Verum utrum-  
 que ignorari in feudis, praesertim antiquis. *Adeoq; funda-*  
*mento euerfo, corruere etiam illud, quod ei sit superstructum.*

(kk) Ne quid dubii relinquatur, sciendum est, quod iu- *Neque opus*  
 dici, quamuis tempus & statum ignoret, quo defunctus ad iue *esse, quia satis*  
 rit fundum, sufficiat tamen, si ei constet defuncti in quouis *scientia ulti-*  
 fructuum genere ultima collectio. Messes distinguat oport- *mae collectio-*  
 ter, fructuum 1) *hybernorum* 2) *aestiuorum* 3) *uindemiaium* *nis,*  
 K 4) *po.*

4) pomorum, cetera: atque numerare incipiet ab ultimo collectis & facile tum deprehendet, a quibus mors defuncti uel propius absit uel magis remote adeoque proportio, pro temporis rata, quae maior esse queat aut minor. In *ciuilibus* fructibus calculus fallere nequit, quia fidem sequitur factorum. Nisi factorum fiat emendatio & dies uel intercalentur uel expungantur, quod ultimum factum nostra aetate BRVNN. *de iurib. noui calendarii*. Tum uero aequum est, ut temporis uel aucti uel deminuti spatium aequalibus iterum partibus diuidatur.

## DIFFERENTIA VI.

*Viriusque iuris quae ratio magis aperta?*

*Rom. saepius dubii in fructuum diuicula, non Germani.* Romani iuris interpretes (ll) dubii multoties sunt in fructibus CIVILIBVS censuum (mm), angariarum (nn); sportularum tam ciuilium (oo); quam sacrarum (pp); cereuisiae (qq); deinde in NATVRALIBVS piscium (rr); iumentorum; gregum (ss); uenationum (tt); fodinarum (uu); pascuorum (xx); pomorum (yy); graminum (zz); liguorum (aaa) reddituumque aliorum. Sed omne dubium tollit Germanici iuris diuicula (bbb).

Isti, in thesi concordēs, multiplices tamen qui in hypothesi?

(ll) Dicit non potest, quam multiplices hic sint iurisconsulti: si decidenda sit controuersia eius generis sigillatim. Nunc enim *leger* Romanas in ore habent: nunc his opponunt *aequitate*: nunc aerem *Saxonicum* trahunt: nunc *Venedum* nunc *Longobardicum*. Scilicet in nullo iuris argumento facilius ad sensus quaerentium responderetur, quam in fructu.

fructuum attributione. Adeo, ut quaestiones in hoc genere plures *uoluntatis* dicant, ut statuere & respondere liceat, quicquid uenerit in calamum aut buccam, ita fere ROSENTHAL. *cap. 10. concl. 41.* Ibimus nos per summam. Cum filum aridneum, quod dedimus, facile nos educat ex hoc opinionum diuersissimarum labyrintho.

(mm) De his consuli possunt COLERVS *decis. 74. 252. 286.* In censibus. BERLICHIVS *part. 3. concl. 22. & 44.* BRVNVVS *conf. 106.* ROSENTHAL. *c. 10. concl. 42. n. 59.* *Harm.* PISTOR. *lib. 1. quaest. 25. ex instituto,* SCHRADER *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 53.* MYLER *in gamol. c. 14. §. 17.* Fructuum diuidiculam nos commendauimus *diff. 4. litt. ff.*

(nn) Siquidem temporis sunt definiti. Quod si enim In augariis. quotidie debeantur, non opus uirgula iuris diuisoria, quia percipiuntur, dum praestantur *l. 9. §. 1. ff. loc. & l. 1. ff. de oper. seru. THIELE sect. 5. §. 19.*

(oo) De *multis*, fructibusque iurisdictionis aliis, si *restes* In fructibus iurisdictionis. audiantur, firmentur *contractus, testamento* insinuentur, ceterisque disputant digladianturque inter se PEREGRINVS de iure *fisci lib. 6. tit. 5.* ROSENTHAL. *cap. 10. concl. 42. n. 59.* KOEPPEN *decis. 30. n. 35.* SCHRADER *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 14.* BERLICHIVS *part. 3. concl. 44. n. 14.* CARPZOV. *part. 3. const. 32. def. 22. n. 7.*

(pp) Vsu cognitum est, quod nouus successor antecessoris sui haeredibus, durante anno gratiae, ideo teneatur ad rationes reddendas sportularum sacrarum des Weicht-Groschen's, der Frau-Gebühren, des Aufgeboths, Abkündigung, cetera. Me-mini nuper haeredes sacri mystae ideo suspicionem excitauisse aduersus successorem, quasi infidus fuisset in illis adnotandis, quod summa non responderet defuncti calendario. Inde specificationem urserunt iuratum. Sed *fidem* hic sufficere *pa-*  
K 2 *stora-*

storalem crediderunt alii, ne minor haec asset fide mercatoris, cuius libellus in dubium temere non uocaretur.

In privilegio  
coquendi zy-  
thum.

(qq) Non expectauissem hic decisionem CARPZOVII *part. 3. const. 32. def. 9. n. 10.* In foro Saxónico haeredes allodialles uasalli, qui post kalendas Martii decesserit, per totum illum annum in praediis fundalibus cereuisiam coquere illamque uendere poterunt. Quamuis comites habeat SCHRADERVM *part. 2. part. 9. sect. 3. n. 66.* & RERLICHIVM *part. 3. concl. 43. n. 36. 67.* Prudenter addit ESPACHIVS commentator: haec circisio est rarisum Saxonica. Qualis tamen non est, cum principio utatur iuris communis *c. F. 28. §. bis conf.* Imo ex rationibus Saxonicis etiam iuris negarem haec iura haeredibus, quia quotidie percipiuntur. Sin uero ad numeros id ius restrictum sit, auf gewisse Brauen, commendarem fructuum saepius laudatam diduculam.

Piscium copia cui cedat in fructuum attributione.

1) haeredibus.

(rr) Anxia hic & multa inter Ictos disputatio. Scribit COLERVS *part. 2. process. c. 3. n. 308.* Ego post mortem comitis Guntheri a Schwarzburg, laudabilis recordationis, de facto conuulsus per dominos fratres, non obstantibus, quae tradunt CHASANAEVVS in consuet. Burg. *§. 2. gl. pen. n. 4.* & ZASIVS *part. 4. feud. pr. contrarium respondi: pisces nimirum, quantumcunque in fundo feudali adhuc stantes, haeredibus deberi, non agnatis, per textum in l. funes (lege lines) 15. §. pisces ff. de emr.* Accedebat, quod piscinae essent piscabiles a tempore scilicet factae iniectionis, als die Teiche besetzt wurden, exactum fuisse triennium & ita in simili casu respondimus *an. 1578.* Idem Hartm. PISTOR. *lib. 1. quaeest. 24. n. 66. 67.* inde formula: die Fische folgen des vittermäßigen Mannes Erben. Contra alii pro parte fundi habent & pisces (in piscinis puta, non in uiuariis) haeredibus abjudicant MOLLERVS ad *constit. 38. n. 8.* MOLINAEVVS ad *consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 8. n. 17.* Alii autem distinguunt, utrum mors defun-

2) nouo possessori.

3) neutri, nisi

defuncti iniectioni propior sit, an piscationi, si primum *novi* pro temporis  
*possessoris* erunt pisces; si alterum, erunt haeredum ROSEN- ratione.

THAL. *cap 10 concl. 42 n. 61.* BERLICHIVS *part. 3. concl. 45. n. 25.*  
ipseque CARPZOVIVS *part. 3. const. 32. def. 26. Et 27. & extra*  
electoratum SAXONIAE RICHTER *part. 1. decis. 56. n. 9.* Post ho- 4) utriusque pro  
rum autem omnium sententias illa longe videtur aequissima, si fructuum diu-  
dicula.  
pisces pro temporis rata diuidantur. Ita SCHRADER *part. 2.*  
*part. 9. pr. sect. 3 n. 71. 77. & KOEPPEN. decis. 30. n. 36.* quorum  
etiam CARPZOVIVM inclinat *part. 3. const. 32. def. 26. n. 8.* dolet-  
que praxin stare ex aduerso.

(ss) Lac & lanam & quae reliqua sunt iterum tribuit De lacte &  
haeredibus per totum annum, si defuncti mors inciderit inter lana.  
Martium & Augustum, si defuncti mors inciderit inter  
MARTIVM & Augustum, deciderent SCHRADER *part. 3. const. 32.*  
*def. 9. n. 2. 7.* sed hos fructus ad industriales refert MENOCH. *de*  
*arbitr. iudic. quaest. lib. 2. cent. 3. cas. 210. n. 10.* Ego crediderim,  
lac ad fructus referendum quotidianos adeoque ius defuncti  
cum morte eius vel trigesimo die post extingui: ueram la-  
nam esse pro temporis rata parte inter haeredes & nouum  
possessorem diuidendam.

(tt) Etiam uenationibus, aucupis, piscationibus, fluuiis que De uenatione.  
uti posse haeredes defuncti, si mors illius inciderit inter Marti-  
um & Augustum, deciderent SCHRADER *part. 2. part. 9. sect. 3.*  
*n. 49.* & in ipsa Saxonia BERLICH *part. 3. concl. 43. n. 37.* ipse  
CARPZOVIVS *part. 3. const. 32. def. 9. n. 2.* Verum sunt haec in-  
ter fructus quotidianos adeoque cessant cum morte defuncti  
aperiunturque nouo domino post diem tricesimum apud Sa-  
xones: ut nulla hic opus sit fructuum attributione.

(uu) Dicendum est idem, quod in nota praecedenti, quic- In fodinis.  
quid ex aduerso scripserit SCHRAD *part. 2. part. 9. sect. 3. n. 49.*  
& BERLICH. *part. 3. concl. 43. n. 37.* Si quidem in fodinis lapi-  
des

des & metalla succrescant. Fundamentum decisionis habes  
*l. 7. fructus §. 13. 14. sed si creti fodinae ff. soluto matrim.*

In pascuis.

(xx) Sunt & haec referenda ad fructus quotidianos. Vt  
 adeo fundamentum decisionis repetendum sit ex notis, quae  
 proxime praecedunt.

In pomis.

(yy) Quod uerbum generale est comprehenditque quic-  
 quid arbores in hortis ferunt. In Saxonia fundi domino ce-  
 dunt *CONSTIT. elect. part. 3. const. 32. §. pen.* Quod dictum est  
 supra *diff. 3. litt. cc.* Quid uero sentiendum sit alibi, repete ex  
*diff. 3. litt. aa. bb.* Vide tamen *CARPZOVIUM part. 3. const. 32.*  
*def. 24.*

In foeno.

(zz) Repete loca, quae in nota laudauimus praecedenti  
 ex superioribus. In Saxonis consule *BERLICHIVM part. 3.*  
*concl. 45. n. 4. sq.*

In syluis cae-  
 duis.

(aaa) Sunt hic distinguendi casus. Aut enim de iure li-  
 gnandi quaestio est, quod pariter quotidianum adeoque cum  
 morte defuncti post 30. diem in Saxonia extinguitur. Aut  
 singulis annis aut trienniis pars ligni ex eius generis sylua uen-  
 ditur & tum commendarem pro temporis rata parte fructuum  
 diuidiculam, quod etiam uolunt *KOEPPE decif. 30. num. 36.*  
*Hartm. PISTOR. lib. 1. quaest. 24. n. 71.* Sed tum quoque aesti-  
 mari debet, quod caesum ac diuiditum eo anno fuit a defun-  
 cto. Quod alias non immerito refertur inter res mobiles ce-  
 ditque haeredibus, iudicio *COLERI part. 1. decif. 59. n. 21. &*  
*part. 2. decif. 586. n. 152. BERLICHII part. 3. concl. 30. n. 19. CARP-*  
*ZOVII part. 3. const. 24. def. 11. n. 4. 5.*

Diuidiculae  
 fructuum lu-  
 culentia.

(bbb) In cuius usu tenenda est methodus haec. Fructus  
 uel 1) *industriales* sunt uel mere 2) *naturales* uel 3) *ciuiles*.  
 In *primis* uel statutum adest mensium aut dierum, quod sequi-  
 mur, uel abest hoc, cuius etiam loco fructuum obseruatur di-  
 uidicula. Ad *secundi* ac *tertii* generis fructus leges mensium  
 aut



aut dierum non pertinent ordinarie: ergo in illis tantum di-  
uidicula regnat pro temporis, quod uixit pristinus possessor,  
rata parte. Restant illa, quae quotidie debentur percipiun-  
turque, ubi nulla esse potest concertatio. Cum pro fructibus  
perceptis habeantur, quoties uenit dies, instar ciuilium.  
Quorum refert quotidiana *portoria, uectigalia, uiatia*. Quae  
spernunt lancem diuisionis. Ut uix occurrere nobis casus  
possit, quem ex his principiis respondere nesciamus, non tam,  
quod alii faciunt, dubitanter ad sensusque partis requirentis,  
quam ad ratam compertamque ueritatem.

DIFFERENTIA VII.

*Iuris publici & privati hic discrimina.*

Spernit uero has leges fructuarias territo- *Fructuum*  
riorum Germaniae superioritas. Idque non *attributio*  
ex aliqua iuris Romani auctoritate (ccc): sed *in republi-*  
quod respublica sit immortalis (ddd). *ca, princi-*  
*pe demor-*

(ccc) Frustra itaque MYLERS c. 21. *archont. f. 18. fun-*  
damentum decisionis ponit in *l. 44. ff. de R V.* Quo non me-  
liores sunt alii, qui uel *2. F. 28. f. his consequenter* uel nostra *Non fit ex*  
*Saxonica*, uel dierum praerogatiuas *Venedorum* hic uocant in *LL. Rom.*  
censum uel suadent successori principatus fructuum penden-  
tium *diuidiculam*. Absit enim ut reipublicae iura contamine-  
mus priuatorum institutis.

(ddd) Scilicet princeps utitur fructurque bonis reipu- *Sed & ratione*  
blica, quem successor excipit itidem fructuarius, aut, hoc *peculiari.*  
deficiente, regimen, formatum a republica. Ut adeo haec  
iura usufructuaria aeterna sint neque diuidi queant inter hae-  
redes fructuarii & proprietarium. Deinde impensas, quas  
princeps facit in operas fructuum, non de suo petit, sed de  
repu-

80 *Differentiae iuris Rom. & Germ. in fructuum attributione.*  
republica. Ut adeo neque haeredibus eius aliquid superfit  
compenlandum & resarciendum. Quapropter recte scribit  
Cocceiano iudicio THIELE *de iure sem. sect. 7. §. 3.* se, praeter  
exemplum in Palatinatu nouissimum, non casus meminisse,  
ubi principis defuncti haeredes pendentium fructuum excita-  
uerint litigia. Ipsum enim principem Aurelianensem puduit  
mox quaestionis, hac causa, archipalatio successori factae  
foetumque, a rabulistis profusum, retulit tandem inter  
forensium ingeniorum deformes  
abortus.



ULB Halle

3


003 140 849



TA-FL







Farbkarte #13

B.I.G.

1972  
12616  
8

ONE INAVGVRALI,  
ENTIAS IVRIS  
ET GERMANICI  
IN  
CTVVM  
BVTIONE,  
NPRIMIS  
FRVCTVARIAE,

Von dem  
Römischen und Teut-  
er Bruchtnießung, beson-  
vormundschaftten;

ORE CONFLICTVS,  
ETRO Gudewig, ICto,  
ERALDICO EOQVE SVPREMO A CONSILIIIS,  
OFESSORE ATQVE MAGDEBVRGICI TABV.  
RDINIS ICTORVM H. T. DECANO,  
LICENTIA,  
E IVRE HONORES CAPESSENDI,  
SPONDEBIT  
DAMVS BRESCIVS,  
VCCA-LVSAT.  
DECEMB. clolcccxi. *Rephus.*  
H. L. Q. S.

VENEDORVM,  
ANI HENDELII, ACAD. TYP. 1746.

10

